Relegati differūt a deportatis q; non perdunt ciuitatez nec bona ⁊ sic nō perdunt patriaz potestatē vt hic ⁊. j. de capi. di. relegat̄ quis ad tempus vel in perpetuū. sed deportat̄ tantuz in perpetuū. ff. de interdic. ⁊ rele. l. relegati. ⁊. l. relegatorum. §. hec differentia.

In libertate int̄ istos non est differentia. q; vterq; liber remanet vt. ff. de bo. dā. l. sz si alia.

Banniti nostri tēporis si propter malium ꝓpter qd̄ ⁊ ꝑdunt ciuitatez ⁊ bona sua publicentur. vel de iure vel de cōsuetudine. ciuitatū tūc deportato ꝯparantur. alias relegato. ar. ff. d̄ bo. dā. l. i.

Preses pronincie de iure. nō potest deportare. vt. s̄. §. ꝓxime diximus. nec qs relegari potest a defēsore ciuitat̄. §. nulla i fi. Additio. Cōclusio predicta. s. de bānit̄ ⁊c. ē multū dubia. ⁊ ē hic magna alteratio inter doc. vide hic.

Seruis pene suppliciuz dominus est non fiscus ⁊ ideo fisco nō querūt vt. ff. de his qui pro non scrip. ha. l. iii.

Nouo iure nemo ingenuus fit seruus ex supplitio vt in auten. de nupti. §. ꝙ autem ⁊. §. quia vero. Triplex erat dr̄ia īter dānatos i metalluz. Aliqui enim dannabant̄ in metallum. i. ad fodienduz vel deportādū metallū damnabant̄. ⁊ ēt ne fugerent ligabant̄ ⁊ pōdere quodam opprimebant̄. ferro vel alio modo. Alii vero erāt qui dicebant̄ dānari i opere metalli ⁊ hii non tāto pondere opprimebant̄. ⁊ si hinc fugiebant in metallū ponebant̄. Alii vero erāt q in ministeriū vel ꝑuitiuz metalloꝝ ponebant̄. ⁊ hoc si ꝑpetuo erāt serui al's nō. ff. de pe. l. aut dāna. §. inter eos. ⁊. §. qsqs ⁊. §. in ministeriuz. ⁊ si in ꝓuincia nō habebantur metalla. vel ferrū vel alia similis ꝯditionis tūc ad vicinaz ꝓuinciaz mittebant̄. ff. de pe. l. aut dāna. §. ē pena metalli. Alii sunt in opus publicū ꝑpetuo dati vel ad tp̄s qui sunt similes relegat̄. vt. ff. de pe. ⁊ qdā. Sz huiusmōi pene hodie nō sunt i vsu. Additio. sz doc. dicūt ꝙ si dānant̄ ad tempus i opus publicū gl. verū dicit. sz si i ꝑpetuū eqparant̄ deportat̄. d. l. qdam. Bestiis subiciebant̄. s. deducēdis forte. vel ēt. vt comederēt cum eis vel alia bestialia facerēt. de hac pena dic vt. ff. de pe. l. q vltio.

Filiusfami. De iure isto nulla dignitas liberat quenq̄ a patria ꝑtāte nisi dignitas patriciatus. hoc dicit.

Militia vl' ꝯsularis dignitas quē a patria potestate non liberat. sed hodie ex constitutione principis. patriciatus dignitas liberat.

Qđ pōt ꝑuatus. multoma/
gis impator.

Gl. Filiussa. dicit̄ militare si
fuerit factus miles. ad qđ
multa sunt necessaria vt diximus
in aūt. đ māda. priu. §. fi. col. iii.
vel militare dr̄ si in exercicio mi
litie fuerit. Iure isto nulla di
gnitas nisi p̄riciatus liberat quē
a p̄ria ptāte. sz hodie. xii. sunt di
gnitates que liberāt aliquē curia
lez a curiali ꝯditiōe. vt. C. de cu/
riali. l. fi. ⁊ ille hcedē liberāt a
patria ptāte vt in aūt. ꝯst. que de
dig. §. i. ⁊. §. generalr vñ cuz ibi
sit ꝯsul corrigit̄ ꝙ hic de eo dr̄.

Cōstitutio de qua hic ē. C. đ
ꝯsuli. l. fi. li. x. Patritiꝰ erat
quasi p̄ricipis pr̄. vñ Salustius o
p̄res cōscripti. nā scripta erāt eo/
rū noīa in aliquo loco vel i coro/
na capitis sui vel aliis. Spāle
est in patricio ⁊ hodie ēt in ꝯsule
vt ex sola collatōe vel datōe codi
cillorꝫ ⁊ dignitatis scripturis. vl̄
per aliqđ ꝑuilegiū fiāt sui iuris
ēt sine administratōe. i aliis de/
cē đ qbus. s̄. tūc demñ cū cepint
administrare. vt in aūt. ꝯsti. que
đ dig. §. i. q̄ ē. C. đ epi. ⁊ cle. aūt.
sed dignitas vt. C. de decur. l. fi.
Itez in tertio cāu cū ordinat̄ ep̄s
q ē vltra supradictos cāus vt in
aūt. ꝯsti. que de dig. §. palā Si
qlibet pr̄ ēt vilissimus filiū suum
emācipat qñ vlt. vt. j. e. §. admo
nēdi. ⁊. §. p̄terea. q̄re h̄ impator
ñ poterit facere. ⁊ maxie i cāu ele
cti p̄ricii. Pr̄ ꝯpellit̄ alapis ⁊
ꝟberibus filiū p̄riciū emācipar̄ vt
in aūt. ꝯsti. que de digni. i. j. rñ.

Si ab hostibus. Si pat̄
vel filiꝰ capit̄ ab
hostibus pēdet ius patrie ptātis
ꝑꝑ ius postliminii. ipsū aūt in ca
ptiuitate moriētē ius fingit pre/
ambula hora captiuitatis decessis
se. h. d. Postliminiū fingit eū
qui captꝰ ē in ciuitate semꝑ fuisse
⁊ dictū ē postliminiū a limine ⁊
post. vñ eū q ab hostibus captus
est ⁊ reuersus postliminio reuer/
sus recte eē dr̄. Sicut i domi/
bus limina finē quēdā faciūt. sic
⁊ veteres iperii finē eē voluerūt
⁊ ab eo post liminiū dictū ē qꝛ ab
eodē limine reuertebat̄ quo amis
sus erat. Si quis captꝰ ab ho
stibus. victis hostibus recupat̄.
postliminio redisse extimat̄.

Gl. Hostes sunt qbus po/
pulus ro. bellū indixit vl̄
ipsi ꝑplo ro. ff. de capti. l. hostes.

Licet ius postliminii pender̄
videat̄ hoc ē quo ad iuris fictio
nē. filius capti ab hostibꝰ ē sui iu
ris. vt. ff. de testa. l. lege cornelia i
fi. ⁊. ff. de li. ⁊ post. l. vlt. ⁊. C. de
sen. pas. l. fi. Nā pr̄ suus est ho/
stiuz vt. s̄. de iure ꝑsonarū. §. ser
ui. ergo alium in potestate ha/
bere non potest. ff. ad. l. iiul. de
adul. l. sic eueniet. ⁊ ergo nulla
preterita vel presentia pendent
inspecto statu presenti. sed futu/
ro vt. j. de verborum obligatio/
nibus. l. conditiones fallit tamē
interdum.

Postliminiū ē ius amisse rei recuperāde ab exneo moribus ⁊ legibus ꝯstitutū. vt colligit̄. ff. d̄ capti. l. postliminiū prio rñso.

Si qs capit̄ ab hostibus ⁊ nō vltra deducit̄. sz iter fines nr̄os recupat̄. ipropie dr̄ postliminio reuersus. vel si captus ⁊ deduct⁹ vltra fines ⁊ recuperat̄ dr̄ ēt redisse añq̄ ad limia redeat qꝛ sic recupat statiz lz ipropie. ⁊ fa. ad hūc. §. ff. d̄ cap. i bello. §. i. itē ad idē. ff. d̄ vi ⁊ vi ar. l. q possionē.

Preterea emancipatōe. Per emācipatōem tollitur ius patrie ptātis. q̄ emācipatio hodie pōt fieri cora quolibz mgr̄atu. ⁊ d̄ bonis emācipati debet̄ pr̄i legittia ⁊ tutela si ē pupillus emācipat⁹. ⁊ habēs filiū ⁊ ex eo nepotē i potestate pōt vnum ex eis vel ābos emancipare. h. d.

Emancipatio olim fiebat per ymaginarias vēditōes. Glo. nā pr̄ vendebat filium pro vno nūmo forte ⁊ emptor eū manumittebat vt hic ⁊. ff. de capi. di. l. liberos ⁊ hec fiebant cū rescripto pricipis vt hic hodie vero aliter fit vt hic Id qd̄ potest fieri recta via nō dz fieri per circuituz. qꝛ circuitus est euitandus ⁊ vbi potest habere locuz veritas non est recurrenduz ad fictionem ⁊ leges reprobant cōtractus ⁊ dispositiōes fictas ⁊ simulatas vt hic ⁊ l. emptor ⁊ ibi Bar. ff. de aqua plu. ar. cum si.

Gl. Nomē liberi generale ē ad omnes iferiores vt. j. ti. ii. §. fi. Filiꝰ ꝓpter hanc ymaginariaz venditōem que oliz fiebat dicebat̄ capite minui. ⁊ lz hodie ñ fiat tñ dr̄ capite minui qꝛ statuz mutat. vt. j. de capi. di. i. rñso. ⁊. §. mima.

Rescripto principis etiam oliz fiebat emācipatio sine vēditōe vt puto vt. C. de emā. li. l. fi.

Recta via. i. directa ñ curua l̄ dic. i. recto iure.

Emācipatō pōt fieri corā quolibet magistratu. ēt si nō hz mex̄ vel mixtū iperiū vt i aūt. d̄ defē. ci. §. ēt ⁊ coram extraordinariis vt duo bononieñ. coram iudice mutinēsi. vt. ff. de ma. vi. l. ēt. §. fi. ⁊. C. de iudi. l. vlt.

Emancipatio pōt fieri coram iudice in domo sua vl̄ i alio quocūqz loco exñte dūmo nō i loco turpi. vt. ff. d̄ iusti. ⁊ iur. l. pe. ff. de arbi. l. si cū dies. §. pe.

Pater emācipando filiuz dz eū relaxare manu. i. dz eū capere per manū ⁊ relaxare ꝑ verba ad hoc apta vel dz euz relaxare manu. i. ptāte. puta qñ fit inter abñtes. vt. C. de eman. li. l. pe.

Pater añ emancipatōem occupauerat oīa bona filii iur̄ peculii. sed emāncipando debetur ei quarta. sicut patrono in bonis liberti vt hic. ꝯcor. sunt in glo.

Edictuz ꝑtoris de quo i text. ponitur. ff. siquis a paren. fue. ma. l. i.

Quod hic dr̄ de bonis filii. i telligit de acqnisitis ⁊ acquirendis. ⁊ de sibi a patre nunc collatis.

Sicut patron⁹ succedit liberto ab intestō in totū filiis ñ existētibus. ex testō i tertia pte bonoruz liberti. ⁊ liberis tx̄ntib⁹ i nihilū. lz olim cēt alr̄ vt. j. de suc. liber. §. i. ⁊. ii. ⁊. §. sz nr̄a. sic ēt erit in patre sz hec similitudo iterdū fallit vt. j.

Si fili⁹ i testō suo istituit turpē psonaz pr̄ succedit i totū. ff. si qs a pa. fu. ma. l. patronus i pri.

Interdū pr̄ i nihilū succedit. s. in sex casibus pm⁹ si pr̄ ex ꝯuentione accepit p̄ciū emācipatiōis a filio. nō aūt dico p̄miū q̄ hodie dat̄ vt. j. per quas pso. no. ac. §. hoc quoqz ⁊. C. de bo. que li. l. cum opz. §. pe. qr lz quodāmō puniat̄ p̄miuz ꝯuentionale ñ tñ p̄miū legale qd̄ ē licitū ergo nō puniendū. C. d̄ admi. tu. l. sanctimus ⁊. C. de adul. l. gracus.

Scd̄s casus ē si filius ē miles ⁊ hz castrēsia. vt. ff. si qs a pa. fu. ma. l. i. §. si parens. ⁊. §. ē ⁊ aliuſ. ⁊. ff. de testa. mil. l. si a milite ⁊. §. se. Itē filius aliis pr̄is lz hr̄dibus nō dat̄ q̄rta. vt. ff. si qs a pa. fu. ma. l. i. §. si. secus est in filiis patroni.

Itē quādo pater coact⁹ emācipauit filiū tūc nō hz q̄rtam vt. ff. si qs a pa. fu. ma. l. si. Itē actō caluisiana ñ dat̄ pr̄i sicut pr̄ono vt. d. ti. ff. si qs a pa. l. nō vsqz.

Itē pr̄ ñ hz operas a filio emācipato sicut pr̄onus a liberto vt. d. ti. ff. si a parē. fu. ma. l. pe.

Sed ⁊ si pat̄. Si filiussa. adoptat̄ ab aliquo suo ascēdēte. transit i ptātem adoptātis ⁊ desinit eē in ptāte pr̄is naturalis. h. d. Adoptio de q̄ hic dz fieri actis interueniētibus corā ꝯpetēti iudice. p̄nte adoptāte. ⁊ ēt adoptato p̄nte ⁊ nō ꝯdicēte. In psona adoptātis ascendēt ē adoptatio plenissima. Additio. qr ꝯcurrūt iura nālia ⁊ ciuilia vt. s̄. de adop. ⁊c.

Hl. Cōstitutōes de qb⁹ hic sunt. C. de adop. l. cuz in adoptiuis ⁊. s̄. de adop. §. sz hodie ⁊. §. si vero. Si ifans adoptat̄ in cāu huius. §. nō requiritur eius p̄ntia vt. C. de emā. li. l. pe. Paciētia hic ꝯperat̄ ꝯsensui. nā qui tacet affirmat. sic. ff. d̄ pigno. l. si fideiussor. §. cū pr̄. ⁊. ff. so. ma. l. ii. §. si. ar. ꝯ. ff. de adop. l. ii. §. si. ⁊. ff. de ꝓcur. l. filiussa. §. i. Additio de hoc brocardico. vid̄ hic plene. Ang. de are. post Bar. Licz i cāu huius. §. ñ tollat̄ ius patrie ptātis oio. qr vr̄ solū transferri. tñ bñ tollit̄ quo ad p̄miū. ⁊ ergo bñ ponit̄ i hoc ti. Si qs idebite iudicatur. non esse in potestate mea nō efficitur sui iur̄ cū snia nō faciat ius. imo remanet in ptāte mea. lz quo ad me pro emancipato habeatur. ff. de condi. inde. l. iul. in prin. ⁊. l. vlt.

Illud aūt. Conceptus aū emancipatōem. vel datōem i arrogatōem patris. remanet in ptāte aui. secus si post ꝯcipiat̄. ⁊ pr̄ non cogit̄ inuitus emancipare filiuz nisi ex cā. h. d. cū gl. Qd̄ hic dicit̄ i filio nā li. hz ēt locū in adoptiuo. Addi tio lz aliqui dixerint solū hr̄e locū in naturali vt i gl.

Gl. Est hic dr̄ia inter manumissiōem ⁊ emācipatōem qꝛ secus ē in ācilla p̄gnāte manumissa. vt. s̄. de ige. §. sufficit ⁊. ff. de acqr. re. do. l. fi. ⁊. C. de ꝓba. l. matrē. Nullus filiꝰ pōt cogere parētē i cuius ē ptāte vt ip̄z emācipet. sz fallit i quatuor casibus. ⁊ iō dicit pene. Prius casus ē si pater agnouit legatū sibi relictū hac ꝯditione vt liberos emanciparet. qꝛ tūc ꝯpellit̄ officio iudicis extraordinario emancipare. ff. d̄ ꝯdi. ⁊ d̄. l. si cui. Secūdus ē si pr̄ adpotauit p̄uignuz suū cogit̄ eū emācipare. si ip̄o pubere fcō ꝓbauerit sibi nō expedire eē in ptāte. vt. ff. de adop. l. nō nūq̄ ⁊. l. se. Idē in quolz adoptiuo. ff. de minor. l. ii. §. si qs minor. Tertius cāus ē si pr̄ necessitat filiā ad peccādū. vt. C. d̄ ep. aud. l. si lenones. Quartus est si pater filiuz. male ⁊ cōtra pietatē tractauerit. vt. ff. si qs a pa. l. fi. Itē ecōtra filius non pōt cōpelli vt emancipet̄. vt in aūt. qui. mo. na. effi. sui. §. generaliter coll. vii.

De tutelis. rubrica.

Ranseamꝰ.

Inter ꝑsonas que sui iuris sunt. alique sunt i tutela vl' curatōe. aliqua vero ñ. ⁊ intellect̄ his qui sunt sub tutela vel cura intelligunt̄ ⁊ relique. Et tutela s̄m s̄uiū iur̄cōsul. sic diffinit̄ ē ius atqꝫ ptās i capite libero ad tuendū eū qui ꝑp defectuz etat̄ se defendere nequit. a iure ciuili data ac permissa. h. d. Tutor hz nomen a re. qꝛ dicunt̄ tutores quasi tuit ores. simile in editiciis..

Gl. Qui i tutela vl' cura sunt sui iuris sunt. filiussa. ergo ñ pōt hēre tutorē vl' curatorē vt hic ⁊. C. de cura. fu. in pri. l. fi. ⁊ lz videat̄ dici ꝯriū i. l. fi. §. i. C. de sen. pas. tñ ibi filiꝰ ñ erat ṽe i ptāte. qꝛ pat̄ erat d̄portatꝰ. vt diximꝰ. s̄. ti. i. §. cū aūt. Cōtrariorꝫ eadē ē disciplīa. vt hic ⁊. s̄. d̄ his q sūt sui i pri. Tutela ē ptās violēta. tā ex ꝑte tutoris q̄ꝫ pupilli. ex ꝑte tutoris qꝛ dat̄ iuitus qꝛ nō ē munus publicuz. j. de ex. tu. ⁊ cur. i pri. Ex ꝑte pupilli qꝛ datur ēt inuito. vt. ff. de tu. ⁊ cur. da. ab his. l. nec non. ff. de tute. l. ii.

Alia ē potestas tutoris in pupillum. quā patris in filium vel domini in seruum. Nam illa ad commodum vt infra per quas per no. acqui. §. i. ⁊. s̄. de his qui sunt sui vel ali. iuris. §. ii. Ista vero ad onus tenetur

enim tutor de dolo ꝛ lata culpa. vt.C.arbi.tu.l.ii.

Itē per hoc ꝙ tutor datur inuito differt a curatore qui volēti dar̄. vt.j.de cura.§. itē inuitus. ꝛ.ff.e.l.iii.§.fi pupillus.

Jus hic pōt intelligi ad cogendum.potestas ad impandū.

¶Pupillus nisi fit sui iur̄ non pōt habere tutorez. vt.s. i pn̄.

Itē si ē dubius pōt hēre tutorem. vt.ff.de tuto.ꝛ cura. da.ab his.ei qui. Seruo i aliquo casu datur tutor.ꝛ lz fm glo. i hoc ē legum cōtrarietas. vt pz i ea.tñ ista ꝛrietas ita soluit̄.

Si reliquit̄ seruo fideicōmissaria libertas ꝛ hereditas ab eodē prestanda.pōt seruus cogere i stitutū vt hereditatē adeat.ꝛ tūc suo datur tutor. vbi aūt ab vno hereditas ꝛ ab alio libertas relicta ē.non pōt nisi prius ei prestita libertate.tunc eim coget aliuz heredem hereditatez adire ꝛ sibi restituere. Tutor ē ad tuēduz ꝛ in hoc differt a patria potestate que nō ē ad tuendū sed ad gubernandū ꝓut vult vel sibi acqrendū. Tutor datur ꝓp defectum etatis. ꝛ in hoc differt a curatore qui dar̄ non solū ꝓp defectum etatis sed ēt ꝓpter morbū. vt furioso ꝛ mente capto.vt.j. ō cura.§.item furiosi.

Tutela ē de iure ciuili lz oēs fere cōtractus sint de iure gētiū vt.s. de iur.na.§.ius aūt.

¶Dtās tutorus dicit̄ data.s.a lege vel a iudice.ꝓmissa vero a testatore.vt.j.e.permissuz.vel dicit̄ data persone.s. principal̄r ꝓmissa vero rebus scōario vt.j.ti. i.§.certe.ꝛ.j.de excu.tu.§.dat⁹.

Tutores ꝛ curatores in hoc conueniūt ꝙ ambo dicuntur defensores ꝛ plerūqz fic appellant̄. vt.ff.de lega.iii.l. cū filio.§.i. ꝛ ff. de mino.l.ii.§.ii.

¶Prefectus vigiluz ꝛ qui cuz eo de nocte vadunt dicunt̄ editi cu.qz edes tuent̄.ff. de of.prefe. vigi.l.iii.§. sciendum.

Permissuz ē taqz. ¶Dar̄ pōt filio suo pupillo tutorē dare in testō.itē ēt nepoti ex filio dūmodo non sit in potestate sui patris recasurus.h.d.

Filio mortis tpe aui in potestatē aui existēte. qr tunc nepos recasurus ē in potestatē p̄is nō pōt ab auo dari tutor nepoti.

Additio.ꝛ ergo qr femine nō habent filios in ptāte. vt.s. de adop.§.femine.ergo filio suo tutorē dare nō possunt in testō. vt l.ii.ff.de confir.tu.

Glo. Quia ois tutela vel ē testamētaria vel dativa vel ltima.ita ꝓius de testāria vt de digniore videndu3 ē in hoc titulo ꝛ.j.de aliis. Impuberibus dar̄ tutor ēt inuitis. vt. ff.de tuto.l.inuito.hoc ēt tutori ꝛ p̄fidi lz.ff.de tu.ꝛ cu.da.ab hil l.nō tñ.§.fi. ¶Patri ꝓmittit̄ dar̄ tutorē filio naturali tñ i his

que sibi relinquit. vt. C. de ꝙfir. tu. l. fi. Tutor pōt relinqui in testō. vl'i codicil' testō ꝙfirmatis. vt. ff. de test. tu. l. iii. Illō qō dī hic i ṽ. itaqz hz ēt locū in filio milite vt. ff. ō test. tute. l. ii. ꝛ hz lo cū i filio q nūq̄ exiuit ptātem pa tris. puta per arrogationē. qz tūc filius nō remaderet i ptātē pris mortuo auo. ff. ō adop. l. si pr̄. ꝛ l. si filꝰ. ꝛ de hoc dixi. s. ti. i. §. i.

Lum aūt i plibꝰ. Dr̄ pōt dare tutorē posthūo qui si natus cēt foret i ptāte sua. h. d. Sicut i pluribꝰ cāis post humi p iā nat̄ habēt. ita ꝛ in da tōe tutele. Si filꝰ emācipatꝰ ē vel mortuꝰ. tūc nepotes ex eo sunt sui iuris mortuo auo. vt. s. ti. i. in fi. vñ. ex testō aut pūt hic tutorez vt hic.

Hl. Posthumi hñtur p iaz nat̄. quoꝝ de ꝙmō eorum queriē. ff. de sta. hō. l. qui i vtero nō si de ꝙmō aliorūz. vt. ff. de ṽ. sig. q dicimꝰ. vel si de ꝙmō ma tris. ff. de sta. hō. ipatoz.

Posthumi de quibus hic nō intelligūtur si nati ex cōcubina. nisi i his que pr̄ sibi dimitteret. C. de cōfir. tu. l. fi. tales eim non nascerentē i ptāte. s. ō nup. §. fi.

Sed si emācipato. Ba tio tutele filio eman cipato impuberi. nullius ē mo mēti. nisi per pfidez cōfirmareē. h. d. Si pr̄ daret tutorē filio emācipato ipuberi i testō sine cō firmatōe pfidis nō valeret. qz si cēt i ptāte. vt. s. e. §. pmissū. ꝛ si iste tutoꝛ dr̄ testārius dēret pfer ri ltimo. vt. j. ti. i. i pr̄. quidā tñ dicūt q nō ē ppie tutoꝛ sz soluz pōt admitti. ꝛ p hoc. ff. de verb. fi. l. lege. ꝛ i auc. de defen. ci. §. fi decetero. ꝛ ita ltimꝰ tutoꝛ huic pferē. vt. j. ō attil. tu. i pr̄. ꝛ qñ i tex. dr̄ q ē admittēdus sine iqui sitōe. hoc ē q vī approbata suffi cientia eius p pfez quo ad satisda tionē. s. an sit locuplex vel ñ. sz ñ q pferaē ltimo. Add. doct. tñ cōiter tenēt q pferaē ltimo quoꝝ vide. Tutoꝛ datꝰ in testō per pfez filio emācipato p iudicē cō firmādus ē sine iquisitōe. qz ñ sa tisdat. s. rē pupil. sal. so. itē an lo cuplex sit vel ñ. vt. ff. ō ꝙfir. tu. l. i. Si tutoꝛ daē filio a mr̄e in testō. lz talis tutoꝛ non satisdet. tñ cū inquisitōe ꝙfirmandus ē a iudice. vt. ō. l. dr̄. ꝛ. C. de cōfir. tu. l. i. Et rō dr̄ie iter patrē ꝛ ma trez ē memoria pcedētis pr̄ie po testaē. vt. ff. de qō. l. vnius. §. ser uus. ff. de cura. l. fi. ꝛ facit ad hoc j. de satisda. tu. in pr̄in. ꝛ. ff. ō lib. agno. l. i. §. iul. ꝛ. C. ō epi. aud. l. decreatōibus. Add. doc. dicūt q rō dr̄ie istarū ꝙdonū ē qz debi le ꝛ fragile ē iudiciū mr̄is nō ita iudiciū pr̄is. ar. ff. q pe. tu. ꝛ no. glo. i. l. i. C. de cōfir. tu.

Qui dari tutoꝛes te. pūt.

Ari aūt. Ētiā filiuf famil. pōt dari

tutor. ⁊ seruus ꝓprius cũ liberta te quã ꝑ legẽ ꝯsequit̃ si ñ det̃. ⁊ error viciat dationẽ tutoris scãz ꝺ suo ꝓprio. Et silr̃ datio fcã cũ hac ꝯditõe si liber erit. que ꝯditõ nõ viciat i suo alieno. Itẽ furio sus ⁊ minor põt dari tutor cũ cõ positus aut maior erit. h. d.

Non solum p̃rfami. sz ⁊ filius fa. ⁊ suus ꝓprius cum libertate põt dari tutori in testõ. Add. Rõ dubitãdi de filiofa. fuit qꝛ ex quo fuit subiectus alterius po testati. nõ videbat̃ posse hr̃e aliũ sub ptãte. Rõ decidẽdi dicet̃ in glo. ii. Si suus in testõ sit da tus tutor nõ expressa libertate cõ sequit̃ tacite libertatem directaz a lege. Error status in suo ꝓ prio viciat dationẽ tutoris.

Seruus alienus põt dari tu tor in testamẽto cũ liber erit. sed suus ꝓprius non. Add. rõ dif ferẽtie. qꝛ hoc casu ex quo testõr hz ptãtem cõferẽdi libertatem. ñ ꝯferẽdo videt̃ illudere actũ. ar. i l. cum heredes. §. i. ff. de sta. lib. que rõ cessat in seruo alieno. qꝛ ñ ẽ in eiꝰ ptãte eidez libtatẽ ꝯferre.

Gl. Mutus vel surdus nõ põt dari tutor. qꝛ tutor ⁊ loqui ⁊ audire dz. vt. ff. de tute. l. i. §. pe. ⁊ fi. Filiussa. põt esse tutor nõ ob. p̃ria ptãte qꝛ tutela ẽ ius publicũ. vt. j. ꝺ excu. tu. in prin. nõ curat̃ ergo ius p̃rie po testat̃. vt. ff. ad treb. nã qꝺ. i. rñ. ff. de his qui sũt sui vel alie. iur. l. filiussa. Add. Hoc quod dr̃ qꝛ i his que sũt publici iur̃ ñ attẽ dit̃ p̃ria ptãs. itellr̃ i his que sũt publici iur̃ i quibꝰ qs agit tãquã publica ꝑsona ⁊ publica auctori tate electã vt ẽ mgr̃atꝰ ⁊ tutor vt iuribꝰ. s̃. all'. secꝰ si ageret vt ꝑso na priuata ⁊ ꝓpria aucte. vt faciẽ do testm̃ i quo bñ curat̃ p̃ria po testas. l. seniũ. C. q te. fa. pos.

In casu quo filiussa dat̃ tutor pr̃ tenet̃ ꝺ peculio nisi agnoscat tutelã. qꝛ tũc tenet̃ isolidũ. ff. de tute l. si filiꝰ. ⁊. ff. ꝺ ad. tu. l. luciꝰ ticiꝰ. Add. ꝺ hoc qñ pr̃ dr̃ agno scere legatũ. vide hic ꝑ doc.

Seruus nõ põt dari tutor a p̃side. C. qui da. tu. l. in seruili.

Quis nõ potest dare seruum tutorẽ hoc expresso qꝛ sine liber tate ⁊c. vt. s̃. q ma. nõ pos. §. lz i fi. ⁊. C. ꝺ ne. ser. l. quidã. §. illo.

Si suus eet datꝰ tutor i codi cill'ñ hẽret libertatẽ directã. C. ꝺ fideicõ. li. l. ⁊ si nõ ascripta. sile ꝑ epl'am. Ille dat̃ tutor solũ q hz testamẽti factõnẽ. ff. de tes. tu. l. testõ. al'incipit si quidẽ. hoc in tellige ꝺ testi factõe passiua ⁊ hãc ẽt hz seruus. j. ꝺ here. qua. ⁊ dif. §. testi. Error i ꝓprio suo nõ ẽ verifilis. C. de rescin. ven. l. qs quis Et hic forte erat error qꝛ ex cã hereditaria nouiter hẽbat. vt ff. de reg. iur. l. qui in alterius. ⁊ ff. de vsuca. §. quod ãt Quod hic dicit̃ ꝺ errore i seruo ꝓprio. multo magis locũ hz i alieno. vt ff. ꝺ fideicõ. li. l. generalr̃. §. siquis tutorẽ. ⁊. ff. e. si quis tutorẽ.

Seruus autē. Alienꝰ suus sub conditōe libertatis future tutor i testamēto creari pōt. ꝓprius autez sub conditōe p̄dicta tutor inutiliter daf. Et furiosus ⁊ minor datus tutor. tunc erit cū reperiet cō pos mentis. vel cum maior factꝰ fuerit. h. d. Add. ⁊ hoc sūmari um positū fuit in p̄ece. §.

Seruus alienus nō pōt simpliciter dari tutor i testō. Furiosus ⁊ mior p̄sūt dari tutor in testō sed tūc demū administrare permittit. cuz ad sanitatē vel ad legitimā etatē peruenerit. Add. Et illo interiz existēte in furore vel minori etate. alius datur tutor a iudice. non autē veniet ltimus. l. si quis sub conditōe. ff. de testa. tu. qui definet esse tutor ipso venīte ad sanuz intellectum ⁊ habēte dilucida interualla. vide Ange. hic.

Hl. Seruus datus tutor cuz liber erit. non erit liber directo sed ꝑ fideicō. ff. de testa. tu. l. si hereditas. §. fi. ⁊. C. de fideicō. li. l. si non ascripta.

Seruus inutiliter daf tutor sub hac ꝯditōe si liber erit. sicut ēt inutilis dō stipulatio ꝓpter inutilem adiectionē. ff. de stip. ser. l. sed si ibi. Et hic intellectus ē verus alius reprobatis in glo. vt ff. de re. iur. l. actus. Furiosꝰ datus tutor tūc erit cū ꝯpos mētis fuerit. siue hoc dicat a testōre siue nō. vt. ff. e. si hereditas. §. si furiosus. ⁊ fa. ad hoc. ff. de iudi. l. cū furiosus. i. rñso.

Ad certum tp̄s. Ad certū t, s ⁊ ex certo tpe sub cōdi. ⁊ añ here dis instōem tutor dari pōt. secus aūt ad rē certā vel cām. h. d.

Tutor datꝰ p̄sōe ñ cāe l rei.

Hlo. Ad certū tp̄s puta vsqz ad pascha. ex certo tēpore puta a pascha in antea. ff. de ac. ⁊ ob. l. obligationū.

Tutor lz possit dari sub ꝯdi. ⁊c. vt hic a testōre nō tñ a iudice. ff. de reg. iur. l. actus. Add. rō differētie inter iudicē ⁊ testōrem ē. qz dato tutore sub cōdi. a testatore pendēte tpe aut ꝯdi. pōt puideri interim pupillo ō tutore legitimo vel datiuo. secus qñ è datus est a iudice. j. de admini. tu. i pncipio. Sed dñs Jason dubitat de hac rōne. vide.

Curator bñ daf ad certā cāz nō aūt tutor. vt. C. ō ad li. da. tuto. l. ad litē. ⁊ ibi tutor ꝓ curatore ponit. ⁊ tutor bene daf vniuersitati rerū non rei certe. ff. de tute. l. si testō. Tutor daf p̄sone. s. principalr ⁊ nō rebus lz bene sc̄dario. ⁊ daf p̄sōe pupilli pncipalr vt eū instruet bōis moribus ⁊ ēt salaria prestet mgr̄is eiꝰ. ff. ō admi. tu. l. ꝯplures. §. in primis. ⁊. C. de ali. prestā. l. fi. Secundario autem rebus datur infra de exca. tuto. §. datus. Sed in curatore eō. nā pncipalr rebꝰ sario p̄sōe daf. C. ō nup. l. i copulādis

Siquis filiabus. Tutor dat⁹ filius ⁊ filiabus intelligit quoq; datus posthumis. nepotibus vero nō. nisi liberis dederit. Et appellatōe posthumoꝝ ⁊tinent postumi primi ⁊ vlteriorīs gradus. h. d. Filii vel filie appellatione posthumus ⁊ posthuma ⁊tinentur filii. ⁊ appellatiōe liberorum continentur omnes descendentes. nepotes aūt non cōtinebunt appellatiōe filiorum vt hic.

Hlo. Hec dictio filii ꝑhēdit posthumus ⁊ postumā cum masculinū possit cōcipe femininū. sz hec dictio filie nōcō prehēdit vtrunq; cū femininum non cōcipiat masculinū. vt. ff. de le. ii. si ita scriptum. ⁊. ff. dele. iii. qui duos ⁊. l. seruis legat.

Appellatiōe natoꝝ etiam nō nati ⁊tinent dūmodo de eorū cō modo tractet. ff. de sta. ho. qui i vtero. ⁊. ō. ti. i. §. cū aute. ⁊ sa. ff. de test. tu. l. si qs ita. §. i. ⁊. l. q; si.

Hoc qō hic dicit i tex. q; appellatōe filioꝝ ñ veniūt nepotes hoc habet locum. sm cōem vsum loquēdi nō aūt sm veā significatiōez verbi. qr filius dicit a phi/los qō ē amor. ⁊ iō nepos dr filius ⁊ etiā quilibet quē pater diligit pna affectiōe vt. ff. de v. sig. l. liberoruz. §. sz ⁊ si pap. Additio de hac cōclusiōe vide doc. quia variant. Appellatōe posthumoꝝ veniūt tā filii q̄ ceteri ex filiis nasciturī q; sui posthumi sūt p. l. velleiā. vt. ff. de iniust. rup l. posthumoꝝ. ⁊. j. de exhr. li. § posthumi. ⁊. ff. de lib. ⁊ post. l. gallus. i. rūso.

De legit. agna. tu. rubrica.

Q Aibus aūt. Impubillis nō hñtibus tutorē testāriū. lex. xii. tab. dat agnatos in tutores legitimos. dūmō sint mares. ⁊ maiores. xxv. ānis. ⁊ fane mētis. h. d.

Agnati dicunt p virilis sex⁹ cognatōem iūncti. veluti. ff ex eo/dē pre natus. ⁊ fratris filius. nepos ve ex eo. Itē patru⁹ ⁊ patrui filius. nepos ve ex eo. Cognati aūt dicunt qui p feminini sexus cognatōez iūgunt. Itaq; amite tue filius nō ē tibi agnatus sz cognatus. Qui nascunt patris nō mris familiam sequūtur.

Hl. Lex. xii. tab. vocat agnatos ad successiōem ⁊ ergo ēt ad tutelā ⁊ eos vocat verbis ⁊ sinia. ⁊ nisi gerāt. eoꝝ periculo agit. ff. e. l. legittimos. qūcq; dat tutela ex sinia legis. xii. tab. nō aūt ex verbis vt in prono respectu liberti q̄dam defert. ex extentione vt que defert patrōnis⁹ respectu filii emācipati q̄dam defert solū pp q̄dam fidentiaz vt. j. de fid. tu. Additio de his oībus vide hic plē p doc. Vocant agnati ad tutelā si sūt maiores. xxv. anni vt. j. ō fidu. tu. i fi. ⁊ minores. lxx. alias excusant. vt. j. de excu. tu. §. item maiores.

Nomẽ cognatõis generale ẽ. nã oĩs agnat⁹ ẽ cognat⁹ ſz nõ eõ. vt hic. ⁊. ff. e. ſũt ãt. Frat̃ pr̃is qui dr̃ patru⁹ ẽ tibi agnatus ſi fuerit natus ex eodẽ pr̃e tuo. alioquin ẽ cognat⁹. vt. C. de le. heredi. l. ſi. §. ſz nec. ⁊. §. cũ aũt Cõiuncti p lineã femininã. dicũt̃ cognati nõ agnati ẽt ſi maſculus iterum mat. quia ĩſpecto femineo ſexu ſt̃ cognati Amita ẽ tibi agnata. quia p pr̃em tuũ tibi q̃ũgit̃ non eius fili⁹. Familia hic capit̃ p agnatõe lz ⁊ alias multas ſignificatões hẽat. vt. ff. de ver. ſig. l. p nũciatio. §. familie. ⁊ fa. C. ỏ v. ſig. l. fi. ⁊. ſ. de pa. po. §. fi.

Quod aũt lex. Inteſtatus quo ad tutelã dr̃ ẽt qui fcõ teſtõ ỏceſſit i quo nõ diſpoſuit ỏ tutela. vel cui⁹ di ſpõ effectũ ſortiri nõ potuit. h. d. Et que fortiori vinculo ſũt ligata difficili⁹ tollũt̃. ⁊ capitis diminutõe agnatio tollit̃. h. d.

Jus agnatõiſ ⁊ cognatõis differt. q̃ agnati hñt ius p̃rogatiuũ ad cognatos vt pferant̃ i hr̃ditatibus ipſis cognatis. vt. j. de le. ag. ſuc. i. rñ. Deficiẽtib⁹ agnatis i hr̃ditatibus ⁊ tutelis cognati admittũt̃. iter quos ẽt agnati vocant̃. qui deſierũt eẽ agnati p minimã capitis diminutionẽ. ſ. per emãcipatõem. vt. j. de here. ab inteſt. §. admonẽdi. Illud ius p̃rogatiuũ ỏ quo. ſ. i p̃ria q̃dõne. q̃ hñt agnati q̃ hñt vltra iura cõia. p. l. xii. ta. facile pdũt. ⁊ ergo tollit̃ oĩbus mois capitis diminutõis. ſ. maxia media ⁊ mima. vt j. ti. i. §. q̃ aũt. Sz hoc fallit in duobus caſibus i quib⁹ nõ tollit̃ p mimaz. p̃im⁹ iter frẽs lz alter emancipet̃. C. ỏ le. ⁊tu. l. iiii. Itẽ inter patrẽ ⁊ filiũ. vt. j. de le. ag. ſuc. §. fi. ⁊ pp hoc in tex. hic dicit plerũq;. Add. ſz ſm doctо. iſte due fallẽtie nõ ſunt ỏ iure veteri ſz de iure nouo. vide doc. hic.

Jus agnatiõs q̃ ẽ nomẽ iuris ciuilis iductũ a. l. xii. ta. iõ facilius tollit̃. ſ. p oĩs modos capitis di. ſz ius cognatõis ẽ nomẽ ipoſitum rõne ſanguis. ⁊ ergo nõ ita facili ter tollit̃. Unũ ius ciuile per aliud facile tolli põt. vt hic. ⁊. ff. de reg. iur. l. nihil. Sz iura naturalia. i. iura cognatõis ſic dcã q̃ ea q̃s q̃ſequit̃ p natiuitatẽ. vt. ſ. de adop. §. ſz hodie. i fi. iõ non ſic faciliter tollũtur. Jura naturalia nõ vtiq;. i. nõ certe tollunt̃ capitis di. oib⁹ modis. Add. iura naturalia nõ tollũt̃ in totũ p ius ciuile ſed⁹ pñt modificari vt no. bar. i. l. oĩs ppli ff. de iuſt. ⁊ iur. ⁊ Ange. de are. ſ. de iur. na. §. i. ⁊ pe. Itẽ nec tollũt̃ ea que naturalẽ habẽt equitatẽ. ff. ỏ ca. di. l. eas. ⁊. l. legatuz. Cognatio aliqua ẽ ciuilis tantũ vt per adoptionẽ. ff. de adop. l. qui i adoptõe aliqua naturalis tantuz. vt ad filios tñ naturales. Aliq̃ naturalis ⁊ ciuilis ỏ qua hic. vt. ff. de gradi. l. nõ facile. §. i.

Jur̃ ciuili tutela ⁊ hr̃ditas tri

bus modis deferunt aliquãdo ex verbis ꝛ ſnia legis.xii.tab.vt in agnat̃.aliqñ ex ſnia tñ vt.j.ff̃ le. pa.tu.ꝛ.j.de fidu.tu. Aliquãdo ex aliis legibus vtiq; vl' nouis. ff.ff̃ ca.di.l.tutelas. Additio gl. iſta inquãtũ loquit̃ de tutela ap/ probat̃.ſz inquãtũ loquit̃ de hꝛ/ ditate reprobat̃ q; hꝛditates nõ deferũt niſi ex verbis legis ꝛ nõ ex ſnia tñ. vide doc.hic.

In duob9 pmis caſibus iã dictis ius pdict̃.p ocm capitꝭ di.nõ aũt i tertio vt hic ꝛ.d.l.tutelas.ff̃ ca.di.ff. Capitꝭ diminutio tollit futuras tutelas tñ nõ aũt ꝓteritas adimit.ff.vn.lt.l.fi.lex enim deferẽs ltimã tutelã diuinare nõ potuit de futura capitis di.C.de teſ.l.iubemus in fi.ff.mã.l.fi fidemſſor.i.rñſo. Additio.ſz certe. Nec ꝯclusio cõiter a doc.reprobat̃.q; capitꝭ di.nõ ſolũ tollit tutelas futuras.ſed etiã ꝓteritas licz ſecus ſit in hꝛditate.viñ doc. hic. Nodie iſtam doctrinam agnatiõis querere nõ oppz cum agnati ante cognatos nihil habeãt vt in aũt.de here.que ab inte.de.§.ex his. Additio nõ q hodie p emancipatõem non tollit ius agnatiõis.ita azo.i ſum. i.l.fi.C.dele.tu.vide doc.hic.

Licet maxima ꝛ media capitis di.iura cognatõis tollant̃ vt j.ti.i.tñ ipſa ꝯſanguinitas ñ tollit̃.l.iura ſanguinis.ff.ff̃ re.iur.

De capitis diminutione.

Additio. Iſte titu.venit ad declaratõez.§.q aũt.ſ.ti.,pꝛ.alias eſſet hic in epte poſitus.

Ecaptis di

Stautẽ minutio que eſt priꝛis ſtatus cõmutatio.in libertate.in ciuitate ꝛ familia cõſiſtens.eſt triplex.maxima cum libertas ꝛ ciuitas pditur.media cum libertate retẽta ciuitas ꝛ familia perditur. minima võ cum libertate ꝛ ciuitate retenta.familia perdit̃. Et pꝛmatio preſupponit habitum.ꝛ dignitatꝭ mutatio.capitis diminutiõem nõ inducit.h.d.

Maxima capitꝭ diminutõez patiunt̃ ſerui pene.pp atrocitatem ſnie.ꝛ liberti pp ingratitudinem reuocati in ſeruitutẽ.ꝛ illi qui ſe ad ꝓcium pticipandũ.venũdari paſſi ſunt. Is cui aque ꝛ igni interdictũ ẽ.vel qui in inſulaz deportatus eſt patit̃ mediam capitꝭ diminutiõem q; retẽta libertate ciuitas amittit̃. Minimaz capitis diminutõem patit̃ cuius ſtatus ꝯmutat̃.vt ſi qs ſui iuꝛ tranſit in alterius ptãtem per arroga tiõem vel ẽt ſi filius i poteſtate a patre emancipat̃. Seruus ſi manumittit̃.capite nõ minuit̃ q; nullũ caput habuit. Additio ꝛ ſic pmatio ꝓſupponit habitum.

Si ſenatu vel ab alia dignitate motus nõ minuit̃ caꝑ.

Maxima ꝛ media capitꝭ di. tollit̃ cognatio.nõ nũma. Seruꝰ ẽt manumiſſus ñ recipit cognatõez. Si.nisi reſtituat̃ ꝛc.

In insulaz deportatꝰ ꝑdit cognatōez. Tutela deferr̄ agnatis.s.ꝓximioribꝰ.ꝛ si fuerit plēs eiusdē gradus oēs simul vocant̄

Gl. Hic status ꝯsistit i tribꝰ in libertate.ciuitate ꝛ familia.ꝛ cū ꝑmū.s.libertatē qs ꝑdit.ꝑ ꝯñs duo vltia ꝑdit cū vero sm.s.ciuitatē ꝑdit retinet primū.s.libertatē.ꝛ ꝑdit vltimū.s.familiam ꝛ tūc dr̄ media capit̄ di.cuz vō vltimū ꝑdit retinet duo pr̄ia ꝛ dr̄ minima capit̄ di.vt i hoc ti.ꝛ.ff.eo.l.fi. Additio.ꝛ opi.pla.nō ē tenēda.qꝛ nō ꝓbat̄.l.l.illaz de colla. Caput hic idem ē qđ status vt.ff.ad tertul.l.i.§.capit̄.ꝛ dr̄ capite minui qñ statꝰ mutatur.ñ ꝙ caput abscindat̄. Licet filiꝰ morte pr̄is mutat statū ñ tñ dr̄ minui cap̄.qꝛ dz intelligi facto hoīs iterueniēte.s.emācipatione vel deportatione pr̄is vel filī mō.vl̄ ēt quasi facto.ꝑꝑ filios arrogati qꝛ vna cū patre mutāt statū.ff.e.l.liberos ꝛ.s̄.đ adop.§.pe. Moriēte pr̄e nō interuenit factū hoīs sed magis dei.ēt si pr̄ interficiat̄.qꝛ mors semꝑ dei dispositiōe aduenit. Licz oliz ſuꝰ pene ꝑdebat libertatē.hodie tñ ꝑꝑ huiusmōi penas nēo igenuus fit ſuꝰ vt i aūt.đ nup.§.ꝙ aūt. Et snia capitalis est atrox ꝛ duralz iuste ferat̄.vt.s̄.qui.mo. ius pa.po.sol.§.pene aūt. Additio sed ꝯrium illius qđ dictum ē de seruo pene tenet glo.in aūt.sz hodie.C.đ do.inter vi.ꝛ vx.ꝛ doc. hic tenz contra glosam.vide doctores.

Libertus ꝓpter ingratitudinē reuocat̄ i ſuitutē.actōe ex̄ ordinaria.per quā officiū iudicis iplorat̄.vt.C.de lib.ꝛ eo.li.l.ii.ꝛ fit hec reuocatio ꝓpter oēm offēsaz ēt leuē vt.d.l.ii.C.đ libert̄ ꝛ eo.li.nō aūt ꝓpter omissiōem obsequii.vt.C.de lib.ca.l.solo ꝛ hic intellectꝰ gl.approbatur omissis aliis. Si libertus denegaret alimēta pr̄ono.reuocaret̄ i seruitutē.ff.de li.ag.l.alimenta.§.imperatoris Si patronus remiserit ius pr̄onatus tūc solū reuocat̄ i ſuitutē ex his causis ex q̄bus reuocat̄ donatū.vt in aūt. vt liber.de ce.§.illud. Que cāe sunt numerate.C.de re.donat̄.l.vltra. Pena iterdictionis ignis ꝛ aque hodie nō habet̄ in vsu.sz loco eius succedit deportatio.vt.ff.ad.l.iul.repe.l.iii.ꝛ eq̄perat̄ excōicatōi.qꝛ excōicatis talia denegant̄. Et talis deportatus perdit libertatem.ita vt non possit facere testamentum.ff.de i ius.rup.l.si qs filio.§.eius nō ꝙ fiat vere seruꝰ. Additio hec gl. videt̄ sing.sed reprobat̄ dū dicit ꝙ deportatus ꝛ excōmunicatꝰ equiparantur.quia licz deportatus nō posset facere testamentuz tamen excōicatus bene pōt testari.c.cum autē credentes.đ here. Et ꝑꝑea sz doc.cōit̄ hic.excōicatus eq̄pat̄ relegato ꝛ ē gl.i.c.pasto.de app.

In aliquo casu dãnat⁹ i isulaz pdit libertatẽ. C. vt ne. pua. l. ii. §. cũ aũt. Filiussa. pp emãcipatiõez dicit̃ capite minui ⁊ hoc pp duas rões. pria pp ymaginariaz venditiõem q̃ fiebat pp emãcipatõem filii. vt. s̃. qui. mo. ius pa. po. sol. §. p̃terea. sa qꝛ mutat familiã. ff. eo. l. liberos i princi. que hodie remanet lz pria ñ ergo ⁊c.

Seruus manumissus ñ dicit̃ minui cap̃. quia nullũ cap̃ habuit vt hic. ⁊. ff. eo. l. liberos. i fi. sec⁹. si accusaret̃ in crie capitali. i. tali qđ cẽt al's in libero capitale. ⁊ lz suus aliqñ fuit liber ⁊ nũc manumittat̃ dr̃ sine capite quia ꝯsideratꝫ pñs tp̃s. Si qs fuerit remot⁹ a dignitate pp crimen vel turpitudinẽ nõ põt iudicare vl' testimoniũ dicer̃. ff. ad. l. iul. repe. l. eãdẽ. §. i. ⁊. ff. đ sena. l. ii. Seruus manumissus. ñ recupat ius cognatõis. i. succedẽdi vl' ad tutelã vocãdi sz ꝯsanguinitas ñ perit. ff. de re. iur̃. l. iura sanguis. ⁊ cognat̃ defert̃ illud ius post agnatos vt. j. de hr̃. ab inte. §. admonẽdi. Si suus manumissus fuerit restitut⁹ recuperat cognationez. ff. ad tertul. l. qui mort̃ cã. ⁊. C. de sen. pas. l. ꝯtra ⁊. ff. de ꝯta. l. i. §. fi. ⁊ lz videat̃ ẽt per maxiaz capi. di. suũ nõ pdi ius cognationis. ff. de re. dub. l. si cognat̃. ibi tñ loquit̃ i legato i quo v̄tit̃ ius nãle. ff. e. l. legatũ vel ibi loquit̃ de adoptõe p quã ꝯstituit̃ cognatio iur̃ ciuil. ff. de adop. l. qui in adoptiõem hic võ de naturali cognatõe. ff. de gradi. l. nõ facile. §. i. ⁊ sic ibi de minima capitis di. loquit̃. Additio. rõ dr̃ie. inter manumissiõem ⁊ restitutõez est. qꝛ restitutio fit. a principe ⁊ sic interpretat̃ fcã pleno iure. l. fi. C. đ sen. pas. ergo ⁊c. vñ dicit Jo. fa. q̃ lazarus resuscitat⁹ intelligebatur restitut⁹ ad oia bõa. ⁊ ad ius familie. qꝛ si restitut⁹ a p̃cipe vt hic. multomagis p miraculum a deo aũt. multomagis. C. đ sacrosan. eccle. ⁊ ẽ gl. ord. i. l. nã ad ea. ff. de. ll. nõ tñ recupat vxorẽ. qꝛ nec restitut⁹ a p̃cipe terreno. recuperat ius m̃rimonii ergo nec vxorẽ. l. nã vt a patre. ⁊. l. cũ due §. fi. ff. đ capti. qꝛ iã m̃rioniũ euanuit vt fum⁹ volũtate vtriusqꝫ p suitutẽ subsecutã. vñ fictio nihil põt opari. Hodie corrigit̃ iste §. fi. qꝛ equal'r tã ad agnatos q̃ ad cognatos defert̃ tutela. sicut hr̃ditas. vt in aũt. de hr̃. ab inte. §. ex hiis. Additio bar. i. l. ii. ff. de leg. tu. dicit q̃ istud ẽ verũ nisi i ciuitatibus i quib⁹ vigẽt statuta. q̃ agnati p̃ferant̃ cognat̃ in hr̃ditatib⁹. qꝛ tũc ẽt p̃ferunt̃ in tutelis. vt hic dicit̃.

De legit. p̃ronoꝝ tu. rubrica.

e Eadem lege.

Ex mente legis. xii. tab. defert̃ p̃ronis tutela libertoruz. ⁊ regularit̃. vbi est ꝯmoduz hr̃ditat̃ ad illũ vadit onus tutele. h. d. vsqꝫ ad finẽ. Sicut ex ver/

bis|legis hr̄ditates libertoꝝ ab i testato deuoluebant̄ ad pr̄onos sic ⁊ ex interp̄tatōe per.l.deuoluebat̄ tutela.qꝛ vbi ē emolimētū successiōis dz eē i ꝯmodū tutele.

Hoc fallit i femīa manumittēte.qꝛ lz ipsa vocat̄ ad successionez tn̄ alius ē tutor.

Gl. Ad pr̄onos manumittētes defert̄ tutela.nisi libertas daret̄ a lege vt.ff.d legit.tu.l.tutela.vsqꝫ ad fi. Additō.qualit̄ hoc intelligat̄ vide hic ꝑ doc.

Quāuis ltima tutela deferat̄ patronis.ip̄oꝝ libertoꝝ nō ex v̄bis.sz ex mēte legis.tn̄ n̄ satisdāt rē pu.sal.fo.nisi sint ꝑsone vulgares ⁊ minus honeste.vel qꝛ sit tutela magna nimis aut ꝑsona qꝛ s.nō honesta vel cā recipiat satisdatōez.vt.ff.eo.l.legittimos.§.i.⁊.ii. Alii tn̄ legittimi tutores idistincte satisdāt.j.d satisda.tu.§.i. Addi. De hac tn̄ ꝯclusiōe.an ltimi tutores teneant̄ satisdar̄.doc.variāt.vid ꝑ eos hic.

Ubi ē eadē eqtas idē ius statui.dz.ff.ad.l.aql.l.illud ⁊.ff.de fur.l.i.§.i. Ubi ē ꝯmodū dz eē onus fa.ff.de re.iur̄.sm nām ⁊.j.d ꝯtrah.emp.§.cū aūt.⁊.C.de fur.l.fi.§.sz cuz in fa.⁊.C.de ca.tol.l.i.§.pro fo.⁊.ff.de peri.⁊ co.rei.vēdi.l.id quod. In cāu huius.§.fi.i fi.apud aliū ē hr̄ditas ⁊ apud aliū tutela.s.agnatuz vel cognatū vt hic ⁊.ff.de le.tu.l.i.§.i. Itē minor.xxv.ānis succedit i hr̄ditate liberti vt pr̄onus nō tn̄ erit tutor.j.de fidu.tu.i fi.⁊.C.d leg.tu.l.vlt.§.fi.

De legittima parētū.tu.ru.

Additio.supra visuz est de legittima patro.tu.veꝝ qꝛ ē.⁊ alia q̄ vocat̄ legittia.s.parētū iō d ea tractat ⁊ pōit ti.d ltima parē.tu.

e Xemplo. Ex extēsiōe iur̄cōsulti emācipās ē ltim⁹ tutor filii emācipati.h.d.

Glo. Legittia parētū tutela ē recepta exēplo ꝑ interp̄tatōem iur̄cōsultoꝝ.qꝛ lz supior desinebat eē agnat⁹ emācipādo nisi ꝯcta fidutia emāciparet.tn̄ qꝛ hodie semꝑ ita emācipar̄ p̄sumit̄.vt.j.de legit.ag.suc.i pri.vn̄ hodie parēs semꝑ ē legittim⁹ Additio.vide i hoc. Jas.hic qui vr̄ reprobare gl. Pater emācipādo legittimus tutor erit.s.si fuerit.xxv.ānoꝝ vt.j.ti.i.in fi.⁊ fa.ad hoc.s̄.titu.qui.mo.ius pa.sol.§.⁊ p̄terea si impubes.

De fiduciaria tu.rubrica.

Additio ꝯtinuat̄ hec rub.sic.visuz ē.s̄.imediate de legittia parētū tutela.⁊ qꝛ mortuo parēte legittio tutore.filii eius ipuberis.emācipati.alii frēs recidūt in fiduciariaz tutelā frūm suoꝝ.iō d ea hic tractat.

e St ⁊ alia tute. De fūcto pr̄e vel auo legittio tutor̄ ipuberis emācipati. alius

liber v̄iril' sex⁹ ⁊ maior. xxv. an. erit fiduciari⁹ tutor ñ ltim⁹. sec⁹ i filio p̄roni q erit ltim⁹ tutor liberti vt p̄ron⁹. h. d. tot⁹ ti. Regula gnāl' ē i oib⁹ tutel' ꝙ tutor dz eē pfecte etat. s. xxv. annorū.

Gl. Curator nō dr̄ ltim⁹. vt ff. d ex. tu. l. amicissimos. §. luci⁹. Add. dicūt doc. hoc verū nisi i furioso mēte capto ⁊ ꝓdigo. §. furiosi. j. d cura. l. creatōib⁹. C. d epi. au. vid hic p doc.

Si mortuo p̄re q erat tutor filiorū ⁊ nepotū reiqt p⁹ se liberos puberes i ptāte vel emācipatos tales erūt tutores fiduciarii tā frūz q̄ filiorū p auū emācipatorū. Si āt tā pr̄ q̄ fili⁹ remāserūt i ptate aui filii recidēt ip̄o iure i ptate p̄ris mortuo auo. ⁊ fratres recidēt i tutelā fiduciariā vt s̄. qui. mo. ius pa. po. sol. §. i. ⁊ s̄. d tute. §. permissum. Add. d. Jas. hic i addi. reprehēdit istā gl. inquātū vult ꝙ frat̄ fris ipuberis in ptate retēti dicat̄ fiduciarius tutor qr imo talis ē ltimus vocatus ex verbis ⁊ mente. l. xii. tab. tāquā ꝓximior agnatus.

Tutor fiduciarius p iterp̄tationē ē ltim⁹ lz dicat̄ alio nomie s. fiduciarius. ⁊ ergo in l. aduersus. C. de excep. dicit̄ legitimus.

Add. sed hec gl. i hoc reprobatur. qr ē ꝯ v̄. atqui. hic vid doc.

Add. iste v̄. atq sz. d. ias. i add. ē difficilis. ⁊ ēt gl. ipsuz declarās difficilis videt̄. iō bene aduertendum. dicit ergo glo.

Hic v̄. venit rñsiue ad tacitā oppōez vel qōnē que posset fieri. vz. qr filii p̄roni mortuo p̄re dicūt̄ ltimi tutores liberti. ⁊ nō ita filii mortuo auo. respectu filii pupilli emācipati vel fris sz dicunt̄ tutores fiduciarii. Rñdet ḡ tex. ꝙ rō drie ē qr talis fr̄ pupillus p mortē aui nō erat recasurus in ptātē fris. sz libert⁹ si māsisset in suitute p⁹ mortē p̄roni recidisset i ptātē filiorū p̄roni qr eorū suus fuisset. Adhuc oppōit gl. ꝙ ista rō nō vr̄ sufficiēs qr lz militet in frē nō tñ militat i filio. q fili⁹ nisi fuisset emācipat⁹ recidisset i potestatē p̄ris mortuo auo ergo saltem talis dēret dici ltim⁹ ⁊ tñ dr̄ fiduciari⁹. rñdet gl. ꝙ adhuc stat rō drie qr alr̄ recidūt filii i ptāte p̄ris. ⁊ alr̄ libert⁹ si māsisset suus i ptāte filiorū p̄roni. qr filii recidūt i ptātē p̄ris nō iur̄ hr̄ditario sz iur̄ p̄rnitat̄ qr ēt ip̄o nō exñte hr̄de hr̄et filium i ptāte mortuo auo vt. s̄. q. mo. ius pa. po. sol. §. i. sz suus reicidit i ptātē filiorū p̄roni mortuo p̄rono ⁊ h̄ iure hereditario. Adhuc dicit gl. ē alia rō drie iure veteri. qr emācipatōe tollebat̄ ius agnatōis mima capitis dinutōe nisi eēt emācipat⁹ ꝯcta fiducia. vt. C. d le. tu. l. iiii. ⁊ s̄. d le. ag. tu. §. fi. Hodie ista corrigūt̄. d. l. iiii. C. d le. tu. ⁊. j. d le. ag. suc. §. fi. ⁊ ergo azo dixit hodie fiduciariā ltimā appellari

Add. ⁊ nō solū azo sz ēt bar. ⁊ alii. vt hic p doc. Ille ē pfecte

etatis q ē.xxv. ānorū. vt.C. de his qui ve.cta.ipe.l.fi.ff. del.iii. l.cū filio.§.filio.

De attiliano tutore

Gl. De attiliano tutore.i.d tutore q dabat̄ p.l.factaz ab attilio. vt exponit̄ in tex.

Si cui nullꝰ. Cessante testārio ⁊ ltimo tutore locꝰ ē datiuo q oli a certi mgr̄atibꝰ creabat̄. ⁊ si eiꝰ offm̄ ex mēte testōris vl' causalr̄ fuerat suspēsuz iteri ab ipsis mgr̄atibꝰ tutor decernebat̄ qui desinebat eē tutor. testārie tutele impedimēto cessante hoc.d.

Olim dabat̄ tutor ex lege attilia in vrbe a pretore vrbano ⁊ duobus tribunis. qz tres erāt ꝑz gl. sz in prouincijs dabat̄ ex.l.iulia ⁊ ticia. Si tutor datus fuerat in testō sub ꝯdi. l'ex certo die Glo. vt a pascha in antea sit tutor pendente ꝯditōe aut die dabatur tutor ex eisdez legibus. Et similr̄ hereditate vacante.i.quādiu heres non adiuit dabat̄ tutor. Et talis desinebat eē tutor. eueniente conditione vel die vel herede adeunte.

Si tutor testamentarius captus erat ab hostibus dabat̄ ex eisdem legibus tutor. qui illo capto redeunte desinebat. quia reuersus recipiebat tutelam iure postliminii. Qz in supradictis legibus nihil cauebat̄ de danda cautione per tutorem rē pupilli sal.fo.nec de reddēda rōne tutele ideo consules ⁊ deinde pretores ex inquisit̄. ⁊ ex cōstōibus principū tutores dare ceperūt.

Tempore autē iustiniani aliđ erat ius. vt rome prefectus vrbis vel pretor ꝑm suam iurisditōnem idest vsqz ad.c. miliaria ꝑm glo. ex inquisitione tutores darent. vel alii magistratus ab ip̄is delegati si non fuerint magne pupilli facultates.

Iure nouissimo edito p iustinianū. si facultates pupilli nō excedant quingētos solidos.i. aureos ꝑm gl. pñt dari tutores a minoribus magistratibus vt hic in tex. Iuri naturali ꝯueniēs est pupillos esse sub tutela. vt is q pfecte etat̄ non sit alterius tutela regat̄ ⁊ ipsi tutores finita tutela rōnē reddāt.

Gl. Quādiu testāria tutela supest nō ē loeꝰ ltime nec datiue. itē q̄dīu ltima supest non hz locū datiua. C. q da.tu.po.l. si sororis. Tres solēt eē i vrbe roma p̄tores. ar. C. de of. p̄to. l. ii. ⁊. ff. đ ori. iur. l. ii. §. hisdē. tpibus. Quēadmodū oliz pēdēte condit̄. vel die dabat̄ tutor ita ⁊ hodie. ff. de testamē. tu. l. si qs sub conditione.

Textus dicit nemo heres existat quia si essent plures heredes sufficeret vnum ex illis adiisse. vt valeret tutela. ff. de testa. tu.

l.si nemo.idē i libertate testō reli
cta.ff.ō tes.ma.l.testō. Si pu
pillus solus fuit istitut⁹ aucte iu
dicis adibit.C. de iure deli.l.si i
fanti.ꝛ tūc valebit tutela ꝛ inci/
piet tutor admistrare. Add. ly
glo.videaꝫ dare hoc ꝙsiliū tamē
multū dubitaꝫ hic per doc.quos
vide. Qō hic dī ō tutore da/
to sub ꝙdi.vel i diē itellī tacite si
exp̄sse.qz exp̄sse nō posset per.l.
actus ltimi nō recipiūt diē neqz
ꝙditōz. Add.qualī hoc itelliga
tur vide p̄ doc. hic. Si tutor
testārius capt⁹ erat ab hostibus
dabaꝫ tutor in subsidiū qui desi
nebat illo redeūte vt hic subicit.
Et tūc nō erat loc⁹ tutele ltime.
ff.de le.tu.l.i.§. si apud. Re/
uersus ab hostib⁹ iure postlimi/
nii recuperat tutelā ꝛ oia alia.ff.
qui.mo.iusꝑa.po.sol.§.si ab ho
stib⁹.nec de admistratōe interi
reuersus tenet.ar.ff.si quis cau.
l.iii.§.itē si quis. Qñ daꝫ ex
inquisitōe inquirūtur facultates
eius.an sint sufficiētes p̄ onere i/
iuncto.vt.j.de excu. tu.§.sz pp.
Itē an sit bone querelatōnis qō
requirī vt ꝛ al'. in patre arroga
tore.ff.de adop.l. nec ei.§.corū.
ꝛ.§.de adop.§.cū aūt. Cau/
tionē rē pupilli saluā fore p̄stant
tutores ꝛ curatores.ff. rē pu.sal.
so.l.nō quasi.§.sz si ad spēm.

Tutores ꝛ curatores ꝙpellūt
reddere rōz capt̄ pignorib⁹ vt.j.
ō satis.tu.§.pe. Ad p̄fectum
cognitōes criales ad p̄torē ciui/
lia negocia veniebāt.vt pz.ff. de
of.p̄f.vrb.p to.sz tutelam dabat
vterqz vt hic. Jurisditio p̄fe/
cti vrbis ē iurisditio vsque ad.c.
miliaria.sz p̄torꝭ rome tm̄. vt
ff.ō of.p̄fe.vr.l.i.§.cū vrbē. ꝛ in
sum.ō of.preto.dabūt ergo eum
ꝛ ei qui ē ō iurisditōe sua.vt sta/
tim notabis i p̄side. Prefect⁹
vrbis vel preto⁹ dabit tutorē qui
ē de sua iurisditōe. vt.ff. ō tu. ꝛ
cu.da.ab his.l.ius dandi. Si ve
ro ibi nō inueniebaꝫ idonei q̄/
ret ēt i alio loco.ꝛ p̄sidi nūciabit
ff.e.l.diuus. De sua iurisdi/
tōe dī vel rōe origis l' rōe posses
sessiōis vl' rōe domicilii.ff.e.l.i.
§.vlt.ꝛ.l.diuus.si āt i altero eo/
ruz triū locorū nō inueniē. sed i
altero vel quarto loco reducen/
dus ē ad alterū locū de his trib⁹
ꝛ ibi tutelā accipiat vt.C.qui tu.
vel cu.l.i. Datio tutoris nō
pōt delegari nō habēti iurisditōz
sed habenti sic.vt.ff.e.l. ius dan
di.ꝛ hic dicīt.

Magne facultates aliquādo
dicunt quinquaginta aurei.C.ō
de defen.ciui.l.i. vel decem au/
reorum.vt in auct. de appellaū.
.§.scō. vel tricentum aurei. vt
in anct. de defen. ciuita.§. indi/
care.vel verius vsque ad quin/
gentos solidos sint parue. si vl/
tra sint magne vt infra.prori/
mo.§.

Constitutio de qua hic nō ha
betur.

Jussus differt a mandato. q; mandatū ex voluntate est. ſz ius su⁹ ex necessitate. vt. ff. qō iussu. l. i. §. ii. ꝛ ff. man. l. i. Solidi de qbus hic sūt aurei vt. j. ō pe. te. liti. §. fi. quoꝝ. lxxii faciunt li/brā auri. vt. C. ō suscep. ꝛ archa. li. x. l. quotiens. Extra ciuita tez vt in municipio. magistratus municipalis tutorē dabit.

Tutores datiui accipiunt pi culo eoꝝ qui tutelā accipiūt. s. ta bellionū ꝛ aliorū. nō vero ipsoꝝ maioꝝ iudicū qui hūt ptātez dā di. vt. j. de satisd. tu. §. pe. ꝛ §. fi.

Tutores post pubertatē tenē tur reddere rōem. vt hic vel etiā ante si tutela prius finiat. vt. ff. ō tu. ꝛ ra. dis. l. nō finita. Alias nisi sit finita tutela ñ nascit actō tutele. ſz alie actiōes bñ nascunt ſz nō exercētur. ff. de tu. ꝛ ra. dis. l. si tutor. §. fi. ꝛ. l. ſz nō dant.

Judicio tutele. i. actōe tutele. q̄ dat in simplū. ꝛ pp dolū ꝛ la/tā culpā. ꝛ leuē. Est ꝛ alia actio q̄ tutor tenet. s. de rōibus distrahē dis sic enim nominat. vt. ff. de cō tra. in. tu. l. ii. ꝛ dat in duplum. ꝛ pp dolū. ꝛ i duplo qtinet rei p secutio Actio tñ tutele dat ꝑ tu torē ꝛ ꝑ hēdes. ſz de rōnibus di/strahēdis ꝑ tutorē tñ. vt. ff. ō tu. ꝛ ra. dis. l. i. §. penul. ꝛ. l. ii. ꝛ vna intentata altera denegatur licet plus sit in ea. ꝛ ecōtra secus i ac/tione tutele ꝛ furti vt. ff. de tu. ꝛ ra. dis. l. i. §. in tutela. Additio ꝛ ratiōem huius differentie vide gl. nō in. l. tutores. §. i. i ver. hac actiōe. ff. de ad. tu.

De auctoritate. tu. rubrica.

Additio supra visuz̄. de testā/ria. legittima ꝛ datiua tutela ve/rū q: parū valeret decretū tute/le. nisi cēt ei tributa auctoritas. ar. in. l. ii. §. post originem. ff. de ori. iuris iō hic de ea tractatur⁹ ititulauit de auctoritate tutoꝝ.

a Auctoritas.

In negocio i quo vsat merus fauor pupilli. auctoritas tutoris nō est necessaria sallit in aditiōe hēditat. i eo vo i quo vsat detrimētū pupilli. necessaria ē tutoris auctoritas. q̄ deficiente pupillaris etas facit claudicare ꝑ ctū. h. d. ¶Pupillus si sibi⁹ da/ri stipulet nō est necessaria tuto/ris auctoritas. Secus si aliis] p/mittit. ¶Pupillus pōt facere ꝙditiōem suā meliorē nō deterio rez. Additio nō tñ q: pupillus soluēdo debitori sine auctoritate tutoris nō se liberat. l. q: si forte. §. fi. ff. de solu. q: soluēdo vel nu merādo uō pōt transferre dñiuz pecunie. pōt tñ se liberare per ac ceptilatiōem. l. ii. ff. de accep. que acceptilatio dicit ymaginaria so lutio. §. ꝓterea. j. q. mo. tol. ob. pōt tñ pupill⁹ se obligare nāliter ci uili⁹ sin tutor ad hūc finē vt libe ret. gl. fin. i. d. l. ii. ō acce. ꝛ pupil l⁹ ñ pōt facere deteriorē ꝙditōez suā i his q̄ sūt inuz. ſz bñ i his que

sunt facti. vñ pupillus pōt ꝑdere ⁊ retinere alteri naturalē possio/ nē q̄ ē facti. l. possio. ff. de acqr. re. do. l. q̄uis de acq. pos. Cō tractus in quo hicide oriť obliga tio. iitus cū pupillo claudicat. qꝛ nō obligat pupillū. sz secū ꝯhētē sic. ¶ Pupillus non pōt adire hr̄ditatem nec bonoꝝ pos. peteř sine tutoris auctoritate ēt lucro/ saz. Tutor sciēs pupillū hr̄di tatē adiisse. si sciuerit expediť pu pillo dz statim in negocio p̄sēs eē. Gl. al's teneť pupillo dānuz resartire. ff. eo. si tutor. Tu/ tor si post tp̄is interuallū vel per ep̄lam velit pupillo ꝯsentire. ni/ hil agit. Si inter tutorē ⁊ pu/ pillū vertiť iudiciū dand⁹ ē ad hoc curator cuius officiū desinit. finito iudicio.

Interdictũ de libero homine exhibendo competit vnicuiq; de populo ad petendũ exhiberi i publicum hominẽ liberum ꝯ ⁊ aduersus eum qui liberũ hominem inuitũ captũ dolo malo detinet in ſuitute. vt. ff. e. ti. l. iii. §. ait ꝑtor. ⁊. ff. ad le. fa. de pla. l. nõ stati. §. fi. ⁊. C. de eden. l. fi frẽm.

Interdictum de liberis exhibendis seu ꝺducẽdis dat patrib⁹ vel parentibus contra eos qui liberos vel nepotes i potestate eorum existentes sine eorum voluntate detinent. vt. l. i. ff. eo. ti. §. ait pretor.

Interdictum de migrãdo datur inquilino vt ipse libere cum rebus suis possit de habitatione migrare. si tñ locatori satisfaciat de pensione totius temporis. vt ff. e. l. i. §. fi pensio ⁊ de dãno si q in domo conducta dederit. Sed etiam gratuito inquilino dat. colono autem non dat. vt. ff. eo. ti. l. i. §. i. sz alias ei subuenit ex ordinem.

Interdictũ de mortuo inferẽdo hz locum vt quis non ꝓhibeatur mortuũ iferre ⁊ sepelire quo licet ei inferre ⁊ sepelire. vt. ff. e. ti. l. i. in prin.

Interdictũ momentanee possessionis est quo agitur de possessione retinẽda sicut vti possidetis ff. vti possi. l. i. §. i. ⁊ vtrobi. de q bus infra dicetur. vel quo agitur de possessione retinenda adipiscẽda. vt. ff. quo. bo. l. i. §. i. vt ẽ quorum bonorum. quorum legatorũ vel quo agitur de possessione recuperanda. vt vnde vi. vt. ff. eo. ti. §. i. Et dicuntur momẽtanee possessiones. q; licet obtineat qs in possione. tamen continuo ela pso momento succũbere poterit in iudicio ꝓprietatis. vt. C. si de momen. pos. fu. ap. l. i. Hoc aũt interdicto potest quilibet minor ⁊ si impubes sit etiam sine tutore vti. vt. ff. vn. vi. l. i. §. fi filius.

Interdictum ne quid in loco sacro fiat ⁊ sequẽtia oĩa huiusmõi dant cuilibet de populo ad ꝓhibendum ne fiat. ꝯ quam ꝓhibitionem si quid factũ fuerit interdcõ quod vi aut clã suis sumptib⁹ vl destruere coget oẽ qd factũ fuerit aut in pristinum statum redu

cere vel reddere tenet̃.ff.ne quid in loco pub.l.ii.§.ait pretor qd̃ i via.

Interdictum ne quid fiat i loco publico vel itinere. Hoc iterdictum ꝓhibitorium ē. ⁊ tā publicis vtilitatibus q̃ priuatorum ꝑ hoc ꝓspicitur. Loca enim publica vtiqꝫ priuatorum vsibus d̃seruiūt iure scripto ciuitatis. vt.l.i.§.i.ff.eo.ti. Hoc autē interdcm̃ ad ea loca que sunt in fisci patrimonio non pertinet. in his enim neqꝫ facere quicquā nec prohibere priuatus potest de quo in.l.i.§.i.s̃.alle.

Interdictū ne quid fiat in mari vel flumine publico ripa ve eiꝰ quo peius nauigetur. aut in via publica quo peius eat̃. Hoc interdictum datur perpetuo omnibus ⁊ in omnes. Et habꝫ ꝯdēnationem in id quod actoris intererat. vt.l.i.in fi.ff. de via publi. l.ii.ponit q̃ viam publicam populus non vtendo amittere non potest. Et.l.fi.dicit qui viam publicam exarauerit ad munitionez eius solus cōpellit̃.

Interdictum de noui operis nunciatione datur ei qui prohibetur edificare postquam satisdederit. vt.ff.eo.ti.l.p̃tor ait.§.hoc autem interdictū. nam hoc interdictum competit si i solo suo edificat. Hoc ēt interdictum dat̃ in eum qui nō satisdedit vt edificet. vt.ff.e.ti.l.de pupillo.§. si plurium.⁊.§.meminisse. Et tenet̃ desistere ēt si ius edificādi hꝫ. vt.e.ti.l.i.§.si is cui. ⁊ si post edificauerit totū suis sumptibus tenet̃ demoliri. vt.ff.e.ti.l.stipulatō.§ siue autē. Et hoc edictum noui operis aduersus futura opera inductum ē. non aduersus preterita hoc est aduersus ea que nondum sunt facta. Nam si quid operis factum fuerit qd̃ fieri non debuit. cessat edictum de no.oper. nun. ⁊ erit transeundum ad iterdictum quod vi aut clam factum erit vt restituat̃. Et hec nūciatio nō hꝫ necessariam aditionē pretoris. potest eim quis nunciare nouum opus ēt si pretorē nō adierit Itē pōt fieri ꝓprio ⁊ alieno nomine ⁊ aduersus abñtes inuitos. ⁊ ignorātes. vt hec clare pōit tex. in.l.i.post prin.e.ti.

Interdictum de loco publico fruēdo ē publice vtilitatis cā ꝓpositum. qꝛ tuet̃ vectigalia publica. quo ꝓhibet̃ quis viꝫ facere ei socio ue eius qui conduxit locū publicum fruendum ab eo qui locādi ius habuit. quo minꝰ loco publico sibi frui liceat ex lege locatōnis vel cōductōis vt hec habent̃ i l.i.§.i.i pri.ff.d̃ loco pu. fru.

Interdictū d̃ p̃cario q̃ restitutoriū ē vt.ff.e.ti.l.ii.§.i. dat̃ ei q p̃cario rogauit ⁊ precario hꝫ imo ēt si ñ rogauit. dū tñ possidet vt.ff.e.ti.l.i rebus.§.i. ⁊ ꝑ to.ti. ⁊ vide i.l.i.ff.de p̃ca.

Interdictū qd̃ vi aut claꝫ datur aduersus eum qui in loco al/

terius aliqd̄ opus cōstruxit vel destruxit. dū tñ sit scūm in solo. ff.eo.ti.l.i.§.hoc interdictū. Et ēt si vi.i.per violētiaz. aut clā.i. occulte siue notificatōe alteri facta fecit. cū timeret. ne si sciretur sibi ꝓhiberet̄ vt. ff.eo. ti.l.i.cōpellit̄ aūt per hoc interdictū qd̄ destruxit suis sumptibus reponere in pristinū statū vel qd̄ ꝯstruxit deponere. idē si alteri mandassem opus fieri. qꝛ ego teneor ad opus destruēdū ꝛ ad impensas. ff.eo.ti.l.aut qui alr̄.§.hec verba. si tñ alius fecit ꝛ ego possideo tūc teneor ad paciam prestandaz. vt opus tollat. ff.eo.ti.l.fi.§.aliꝰ

Interdictū quorū bonoruz a p̄tore inuentū est ꝛ dat̄ succedēti de iure p̄torio aduersus hr̄dem vel bonorum possorem. hoc ē aduersus eū qui pro herede vel bonorum possore possidet ad vniuersa bona adipiscēda. ꝛ cum sit quoddā directum ꝛ quoddā vtile directum datur ei qui est bonorū possor. vtile dat̄ ei qui succedit de iure ciuili ex testō vel ab intestato. Interdictū quoruz legatorū ꝯpetit hr̄di ad repetendum legata que sine volūtate eiꝰ legatariꝰ occupauit. repetet itaqz heres vt deducat falcidiā alioqn si repeteret. statiz restituturus. exceptōe doli poterit remoueri.

Interdictū de riuis ē vtilissimum. qꝛ riuos specus ꝛ cepta reficere ꝛ purgare. pretor aque ducende cā permittit. dū tñ non alr̄ aquam ducat q̄ priori estate fluxit. vt.l.i.in prin.ff.de riuis.

Interdictum de superficiebꝰ quod ēt actio nuncupat̄ proponitur duplex. exemplum in interdicto vti possidetis. Tuetur itaqz pretor eum qui superficie petit. ꝛ defendit veluti vti possidetis interdicto. Et omnia que i vti pos. interdicto seruantur. hic quoqz seruabunt̄. vt.l.i.§.proponitur. ff.de superficie ac. vbi etiā in.l.ii. dicit̄. Superficiarias edes appellamus. que in conducto solo posite sunt. quarum proprietas ꝛ ciuili ꝛ naturali iure eius est. cuius ꝛ solum.

Interdictum saluianū ꝯpetit dño fundi. aduersus colonū i sua domo habitantē ꝛ eius hr̄des. d̄ rebus coloni tacite pignoratis ꝓ mercedibus. quas colonus i fundū intulit. vt.l.i.ff.e. Differūt autē interdictū saluianum et actio seruiana. qꝛ intētans actōez seruianā ad rē sibi restituendam. dz ꝓbare huiusmodi rē in bonis coloni fuisse eo tempore quo res fuit illata sz hoc nō ē necessarium in iterdcō saluiano. imo sufficit ꝓbare talē rē fuisse illatā. ita dicit glo.in.§.itē ſuiana.isti.de actio.

Interdictū de sepulchro edificādo locū hz vt quis nō ꝓhibeat̄ edificare sepulchrū quo sz mortuum iferre. vt.ff.de sepul. edifi. et mor.infe.per to.

Interdictū de tabulis exhibēdis dat̄ oibus quibꝰ aliquid ascri-

differentia inter interdictū saluianū et actiōez seruianā.

ptū ē in tabulis vel pure vel ī diē vel sub cōdi. siue sint heredes siue legatarii siue cōmissarii. Et pertinet hoc interdictū nō tm ad testamēti tabulas. verū ēt ad oia q̄ ad cām testamēti pertinēt. s. ad codicillos. vt. l. i. §. hoc interdictuz ff. de tab. exhi.

Interdictū de ripa muniēda merito ꝓpositū fuit. nā ripas fluminū publicoꝝ reficere ⁊ munire vtilissimū est ne ob id omissuz nauigatio deteriꝰ fiat. vt. l. i. §. i. de rip. muni.

Interdictū vt in flumine pu. nauigare. liceat quo ꝑspicit ne qs i flu. pu. nauigaret nauiz ratē vel agere. vel i ripa onerare. phibeat Sed vt per lacū fossam stagnum publicū nauigare liceat. vt. l. vnica. §. i. in prin. e. ti. ff.

Interdictū vnde vi locuz hz cum quis possessionem soli p vim amisit. ⁊ dat directe contra deiectorem illi qui vi de possessiōe alicuius rei imobilis deiectus est sine omni causa vt restituat possessio de qua deiectus est. ⁊ oia ablata imo dato q̄ ibidem essent aliq̄ que penes violentum fuerit mortua. vel aliqne res que casu fortuito perierint. non ꝓpter hoc liberabitur sed in totum cōdēnabit ad earuz estimationē. q̄ nec mortalis. nec fortuitus casus liberat deiectorem. Dicit enim. l. iiC. vñ vi. Recte possidenti ad defendēdā possessionē quā sine vicio supple maximo tenebat inculpate tutele moderatōc illatam vim ꝓpulare lz.

Interdictū de vi ⁊ vi armata cum interdicto vnde vi dat ⁊ ꝓponitur ei qui deiectus est. Fuit enim equissimum vi deiecto subueniri. Hoc interdictuz nō ad oēz vim pertinet. verum ad eos tātū qui vi de possessionibus deiciuntur ⁊ ad solam atrocem vim. ⁊ ad eos qui de solo deiciunt. vel ō re solo cohercie. vel de edificio. Sz ad res mobiles non pertinet vbi furti. vel vi bo. rap. actio cōpetit cetera vide in. l. palle.

Interdictum vti possidetis locum hz in rebus imobilibus. s. si de fundi. vel edium possessiōe cōtendit. habet ēt locum in icorporalibus vt in quasi possessione. ⁊ datur possidenti similiter ⁊ naturaliter. vel ēt quasi possidēti gāa retinēde possessionis. Et ꝓponitur quotiēs inter litigatores contentio est vtrum possideant. q̄ alterutter magis se possidere affirmat. vt instī. de interdic. §. sed interdictum.

Interdictum vtrobi. idem est cum interdicto vti possidetis nisi q̄ istud locū habet in rebus mobilibus. vt. ff. vtrobi. l. vnica. §. hoc interdictum. sed vti possidet locum habet cum contēditur de retinēda possessione rerum imobilium. vt dictū est supra in. d. §. retinēde.

Interdictum de vxore ducenda. datur marito aduersus eum

qui dolo eam obtinet sine volun tate mariti lz ipsa volente. ff. e. ti. l. i.

De pena temere litigantiuz.

Usqz nunc de ꝓpõne actionũ dictũ ẽ. sed qꝛ contingit eas inter dum temere ꝓponi. nunc de pe/ na temere litigantiũ dicit

n Unc admonẽdi Iniquitas temere litigantiuz tri plici pena coartat̃. scz pecuniaria periurii ⁊ infamie. et reus de calũnia iurare dz. qui si temere litigauerit ẽ ꝑiurus. Itez negãs id ꝙ dz alñ i duplo punit̃. Itẽ actõ ⁊ aduocati vtriusqz ꝑtẽ ꝺ calũnia iurabũt. h. d.

Glo. Magr̃atus iura red/ dẽtes dicunt̃ sustinere iura vt. ff. de ori. iur. l. ii. §. post originẽ. Pena religionis iu/ risiurãdi dat̃ in futuro sclõ nõ i isto. vt. C. de iureiur. l. ii. Cõ stitutio de qua hic hr̃. C. ꝺ iur̃iu. pro. ca. l. ii. in pri. Nõ pri⁹ re⁹ q̃ actor iurar̃ dz sz tã actor q̃ re⁹ añ quam audiant̃ iurant. vt. C. ꝺ iu ra. ca. l. ii. in prin. Actor iurat ꝙ bona iusticia venit ad agenduz vt. C. de iura. cal. l. ii. Itẽ ꝙ non dabit vel dedit aliquid iudici. vt proferat̃ ꝓ se snia. vt in aut̃. vt li tigã. iu. in exor. li. Itẽ ꝙ nullam exiget vel faciet ꝓbationẽ calum niosã. vt in aut̃. de his qui igre. ad appel. §. fi. coll'. v. Ecõtra re⁹ iurat hec eadẽ nisi ꝙ i primo ca/ pitulo iurat se in bona ꝯdictõne.

Hic habent̃ casus in quibus reus calũniose negando punitur. Itẽ alius casus ẽ. C. de non nu. pe. aut̃. ꝯ qui ꝓpriam. Itẽ alius casus. vt si creditor negat sibi de/ bitũ solutũ. nã ꝓbata solutõe po stea ꝙ sit debitũ ꝓbare cogit̃. vt ff. de proba. l. cum de indebito. Itẽ possessor negans se possider̃ si probat̃ perdit possessionẽ. vt. ff. de rei vendi. l. pe. ⁊ in aut̃. de tri. ⁊ se. §. hec. Itẽ alius vt. ff. de iudi. l. cum.

Non solũ reus iurat de calũnia sed ẽt actor. vt. C. de iura. calũ. l. ii. Et aduocati vtriusqz ꝑtis ius/ iurandũ subeũt. s. ꝙ iustum ⁊ fi/ dele patrociniũ prestent. vt in cõ stitutionibus dr̃. sed tñ in ꝯsuetu dine non hẽtur ꝙ iuret̃. licz lege caucatur. C. ꝺ iudi. l. rem nõ no/ uam. §. patroni. ⁊ fa. in aucti. ꝺ te sti. §. fi. colla. vii.

Hec autẽ oĩa. Olim actor calũ/ niose litigans in decima ꝑte litis puniebat̃. hodie vero ꝑiurii ⁊ vi ctori ꝯdẽnabit̃ i expẽsis h. d.

Gl. Actio quedã erat qua te/ nebat̃ actor qui ꝑ calũniã litigabat i decimã ꝑtẽ litis qꝺ ho die corrigit̃. sz ⁊ hoc hodie iur̃ au ctẽticorũ ⁊ in antiquũ redit statũ nõ tñ iure illius actõis. sz ꝑ iudi/ cis officiũ vt in aut̃. de litig. §. ad excludẽdas. Et nõ ex hoc. §. ⁊ ex d. aut̃. de litig. §. ad excludẽdas. colũ. viii. ⁊ ex. l. qui in ius. §. ne/

mo.ff. de reg.iur. ⁊.ff. de peti.hr̄. l.illud qd̄ nisi iprobe ⁊ calūniose litigauerit ꝙ nō debeat ꝯdēnari in expensis. vt.ff. de iudi.l. eum. qui. ⁊.C. de fruc.⁊ li.expen.l. nō ignoret lz in.l. ꝓperandū. §.fināt C. de iudi. indistincte dicat victū ꝯdēnari victori i expēsis. Sz ē i telligēdū cū iā dcā determiatōne si calūniose hoc faciat. vt i aut. d̄ iudi. §.opz.coll. vi

Ex quibusdā Cōdēnatus vel pactus ex criminibus que hic enumerant̄. vel ꝯdēnati actōnibus directis vel ꝯtriis descēdentibus ex ꝯctibus hic enumeratis erūt ifames.h.d.

Ex iudiciis furti vel vi bo.rap. vel iniuriarum. vl d̄ dolo ꝯdēnatus vel pactus efficit̄ infamis.sz dānatus ex iudicio utele mādati depositi directis nō āt pactus efficit̄ infamis.

Glo. Dānati ex iudiciis iā dcis suo noie nō si ꝓcuratorio noie efficiunt̄ ifames.vt ff.d̄ his qui no.ifa.l.furti. ⁊ hoc si audice ordiario vel d̄legato fit ꝯdēnatus.secus si ab arbitro. vt. ff.d̄ his qui nō.ifa.l. qd ergo.§. ex ꝯpromisso. Tutor ꝯuētus a pupillo ⁊ dānat⁹ifamat̄. idē in aliis directis.secus si ꝯ tutor pupillum faciat ꝯdēnari vi hic.⁊.ff. de his qui nō.ifa.l.i. Et nō ꝙ ēt aliqñ ꝯtria ifamat vt hic ⁊.ff.d̄ his qui nō.ifa.l.furti.§.mādati.

Qd̄ hic dicit ēt pacti.i.ꝓcio eris sine iussu ꝑtoris. vt.ff. d̄ his qui no.ifa.l.i actōibus.⁊.l. furti ⁊.§.pactū.

Omniū autez.

Citatio ꝓria ꝑs iudicii dr̄.cui⁹ respectu ēt fit punitio.nā si fili⁹ vel libertus i ius vocauerit parentes vel ꝑronos sine venia punit̄ i qn quaginta aureis.h.d.

Glo. Pretor edictū ꝓpōit d̄ in ius vocādo. vt.ff. de in ius vo.l.iii.§.ait.ꝑtor ⁊ ꝓto.ti. Qd̄ hic dr̄ d̄ filiis itelligit̄ d̄ emācipat̄. alias nō possz eē iudiciū inter patrem ⁊ filiū.vt.C de in ius vo.l.fi. ⁊ si iopia penaz soluere ñ possit.tūc quasi iofficiosus castigat̄.vt.ff.d̄ i ius vo.l.pe. ⁊ fi. Itē nō ꝙ hic pz ꝙ aure⁹ ꝓ solido accipit̄.vt.ff. de in ius vo.l.libertus.⁊.l.iii.cū dicat qn quaginta aureorum.⁊ hic dicit solidoꝝ. Itē nō ꝙ.lxxii.aurei faciunt librā auri.vt.C.de suscep. et archa.l.quotiēs.li.x.

De officio iudicis.

Cōtinuatio h⁹ rubrice hr̄.j. i gl.i.tex. Et diuidit̄ iste ti.in sex ꝑtes. Prio ponitur generalit̄ qd spectat ad offm̄ iudicis circa sniam. Scdo qd ad ipsū ꝑtinz circa ꝯdenationē maloruz suorum. Tertio qd i actōe i rē. Quarto quid i actōibus vl'ibus. Quinto quid i ꝑsonalib⁹. Sexto qd in iudiciis diuisoriis ꝑtes patēt.

Uperest·

Judex dz iudicare ſz ius ſcriptũ vel ꝯ uetudinariũ ⁊ ſniam ſuã ſm naturam actõis ferre. h. d.

Gl. Supeſt vt de offõ iudicis videamus ⁊ hoc iõ qꝛ de actore diximus i ti. d actõibus. ⁊ d reo i ti. d exceptõibus ſequitur videre d tertia pſona iudicii. ſ. d iudice ⁊ de eius offõ circa que v̄ſat. In primis. i. i principalib⁹ vel iter principalia. nã prio libellus dandus ẽ. vt. C. de lit. ꝯteſta. aut. offerat. ⁊ cãe examinatio ſententiã precedere dz. vt. C. d iud. l. iudices. Alia ẽt ſũt cõſe. uãda. ſ. ꝙ det i ſcriptis. vt. C. de ſent. ex picu. reci. l. ſi. ⁊ ſedendo. vt i aut. vt ab illuſ. §. ſancimus. colla. v. ſz hoc ẽ pricipale ꝙ ſz legẽ iudicet. vt hic. Judex dz iudicare ꝯſtõnibus. ſ. impatorũ aut morib⁹. i. ꝯſuetudie que ꝑ lege ſuat. vt. s̄. de iur na. §. ex nõ ſcripto. Sz ſi vnũ alteri ꝯdicit tũc ꝯſtõ legi ãti que p̄iudicat. vt. ff. d. ll. l. nõ ẽ nouum. ⁊ cõſuetudo p̄iudicat vtriqꝫ ſiue ſit generalis. vt. ff. de. ll. l. de quibus ſiue ſit ſpãlis tũc i illo loco tm̄ preiudicat vtriqꝫ. vt. ff. cõia p̄di. l. venditor. §. ſi cõſtat.

In iudicio noxali ſi ꝯdẽnãd⁹ vr̄ dñs. ita iudex ꝯdẽnare dz publiũ meuiũ lucio ticio in. x. aureos ꝯdẽno. aut noxã dedere. Gl. ſ. permitto. nam dãni eſtimatio tm̄ eſt in obligõne ⁊ in ꝯdẽnatõe vt. ff. de re iudi. l. miles. §. i. ⁊. ii. alias eẽt incerta ſnia qd eẽ nõ dz. vt. s̄. de act. §. curare.

Et ſi in rẽ. Judex in actõne reali in reũ ad reſtõnem rei cum fructibus ꝯcõdẽnat. in quo ſtatim fiet executio Niſi reus non habeat facultatez rei reſtituẽde. nam tunc datis fideiuſſoribus exequutio differet. hoc dicit.

Glo. Etiam ſi agitur actiõe perſonali. vt ſi petatur res vi poſſeſſa per actõem qd metus cã. vel ex ſtipulatu ad rem tradendam. tunc iudex cõdẽnabit reum vt rem reſtituat cum fructib⁹ Si autem in quantitate vel i genere aliquid petat. tunc a petitõe actoris abſoluitur. vel ꝯdẽnatur in reipetita.

Quando tex. hic dicit ꝙ debz reſtitui res cum fructibus. nõ loquitur de naturalibus vt de pomis ⁊ ceraſis ⁊ ſimilibus. quia illi aut extant. ⁊ tunc per rei vẽdi. petuntur ſicut res ipſa cum nullus etiam bonefidei poſſeſſor facit ſuos. vt. ff. de vſuris. l. fruct⁹. aut non extant ⁊ tunc non tenetur cum nec habeat nec dolo fecit quo minus haberet ſed conditione ſine cauſa eſtimatio debetur. ff. ſi certum petatur. l. ſi ⁊ me Et vtroqꝫ cauſu ceſſat officium iudicis. de quo hic agitur cũ iure actõnis petuntur.

vr̄ ēt q̄ nō loquat̄ de industriali bus si a bonefi. possore pcepti sūt qr̄ pcipiēdo eos ⁊ seperādo a solo suos facit ⁊ lucrat̄. ff. de re. diui. §. si qs a nō dño. siue hēat titulū siue nō vt. ff. q. mo vsuffr. amit. l. si vsuffr. ⁊. ff. si. r̄gū. l. iiii. §. pe. si aūt nō s̄ pauit adhuc ipsi⁹ fun di sunt. vt. ff. de rei vēdi. l. fruct⁹. sz tu dic de industrialib⁹ loq. qui sunt pcepti sz n̄ ꝯsumpti a bōefi. possore. nā cū sint facti possoris nō rei vendicatōe. sz iudicis offō petunt̄. vt hic ⁊. C. de rei vendi. l. certū. §. bonafide. si aūt malefi dei sit. de ꝯsumptis tenebit̄ ꝯdi tiōe sine cā. de extātibus rei vē dicatōe. nō dico eadē rei vēdi. q̄ petit̄ res. sz alia oīo. lz in petitōe hr̄ditat̄ sit secus. vt. C. de rei vē. l. certum. i. rñ. de pcipiendis aūt tenet̄ offō iudicis. vt. j. eo. §. illo rum. ⁊. ff. de rei vendi. l. si nauis §. si. si vero malefi. possor titulū habeat. de ꝯsumptis tenet̄ ꝯdi tione sine cā. de extātib⁹ rei ven dicatōe. a. pcipiendis ꝓpter titu lū excusat̄. vt. C. de rei vēdi. si fū dum. nisi i quattuor casibus vbi de pcipiēdis tenet̄ qui hz titulū. quos dic vt. s̄. diximus de re. di. §. si quis a nō dño.

No. in actione in rē. i cōtinē ti fieri executiōem secus in psona libus. quia quattuor mensiū spa cium datur vt. s̄. de ac. §. que dā ⁊. C. de vsu. rei iud. l. ii. ⁊. iii.

Et si hr̄ditas. In iudicio vniuersali ita fructus veniūt sicut in singulari. ⁊ i vtro qz iudicio. malefi. possor de n̄ p ceptis tenet̄. secus i bonefi. posso re. nisi post lit̄ conte. h. d.

Glo. In hr̄ditat̄ petitione cōdemnatus cogit̄ re stituere rē cū fructib⁹. qr̄ ē actio mixta in rem ⁊ in psonam vt. s̄. de ac. §. quedā. ⁊ si nō hz titulū cogit̄ de nō pcept̄. als de pcept̄ vt mō diximus. i. §. p̄ce. In peti tiōe hr̄ditat̄ veniūt fructus eadē rōe qua res. sz in rei vēdi. alia est rei vēdicatio que pro re. alia pro fructibus. Per cōditionē si ne cā petunt̄ fructus cōsumpti a malefi. possore nō aūt rei vēdi. vel offō iudicis. ff si cer. pe. l. si ⁊ me. Qd̄ hic dr̄ de fructib⁹ nō pceptis restituēdis non hz locū si possor sit infans vel pupill⁹. vt ff. de rei vēdi. l. q̄ infans.

Si ad exhibē. Reus nō exhibens rē que i iudicio cepto existit vsucapta. ac tori pro eo q̄ morā in exhibēdo cōmisit cōdemnabit̄. in quo ve niūt fructus pcepti post lit̄ ꝯte. ⁊ ideo non hñti facultatem rei restituende tempus statuit̄ quo exhibeat. q̄ si contumax in exhi bendo fuerit cōdemnabitur inq̄ tum actor iurauerit. h. d.

Gl. Si inter moras exhibēdi res fuerit vsucapta. Sed quō potuit vsucapi. cū interrup tiōe fcā in actōe ad exhibēdū vi deat̄ ēt facta in rei vendicatiōe. C. de rei vēdi. l. si. rñ. sm Jo. lex

illa intelligitur in tribus casibus ibi in lr̃a positis non alias. vt. ff. ad exhib. l. iul. in fi. alii dicũt q̃ generaliter intelligitur per. l. solem⁹. ff. de iudi. ⁊ qd̃ dicitur hic intellige dẽ rebus mobilibus i q bus non interrumpitur vsucapio per litis contesta.. ff. de rei vẽdi. l. si post sz pria snia v̄ior est.

Si familie. Iudex in actiõe familie herciscũde. ⁊ cõi diuidũdo. si sunt plures cões singulas singulariter adiudicabit. ⁊ si vna plus valeat q̃ altera i pecunia ꝯdẽnabit. ⁊ heres q percepit fructus vel male versatus fuerit in re cõi tenebit̃ cohr̃dibus. si vero res sit que diuisionem non recipiat. adiudicabit̃ vni in solidum qui condemnabitur cuz socio i pecunia. h. d.

Gl. No. nõ posse fieri quod sine cõmoditate fit vt hic ⁊. ff. de ver. signi. l. nepos proculo. Item no. corpus aliud diuiduum vt fundus qui diuiditur secundum voluntatem patrissa milias. vt. ff. de le. i. l. q̃ in reruz natura. §. ii. aliud indiuiduum vt hõ. vt hic ⁊. ff. de vsucap. l. rerum mixtura.

Si finiũ. In iudicio finiũ regundo. iudex de fundo vnius alteri adiudicat si viderit expediri. conque cui de fundo alieno adiudicat. cõdẽnat in pecunia. ⁊ si quid maliciose reperit circa finia gestuz eo nomine condẽnat. ⁊ adiudicans rei dñium in eũ cui adiudicauit transfert. h. d.

Iudicio finium regundorum agit̃ vt agris confinibus termini ponant̃. sz pro domibus vicinis hoc iudicio nõ agitur si autẽ sit domus predium rusticũ agit̃ vtili finiuz regũ. nõ dircõ. vt. ff. fi. regũ. l. ii. in prin. ⁊. l. sz ⁊ si. §. fi. Iudicio finiũ regundoruz ẽt cõdẽnandus ẽ qui circa fines aliqd maliciose cõmisit. v̄bigr̃a qꝛ lapides finales furat⁹ ẽ vl' arbores finales succidit. ⁊ dabitur q̃tũ in licẽ iurauerit actor põt ẽt crialr̃ puniri in qnquaginta aũ reis ex lege agraria pro qualibet vice que applicat̃ fisco. vt. ff. de ter. mo. l. agraria. nec ciuilis tollit̃ per criminalem. cum ad rei persecutionem altera detur. C. quãdo ci. ac. cri. preiu. l. i. nisi interim donec altera exercet̃. vt. ff. de pub. iudi. l. is qui.

Quod aũt in istis iudiciis alicui adiudicatum sit. id stati eius fit cui ad iudicatũ est glo. no. ex sententia iudicis dñium transferri. sic ẽt i missione que fit ex secũdo decreto. ff. de acquir. po. l. iii. §. fi. ⁊. ff. si ex nox. cã. aga. l. ii. in fi. ⁊. ff. cõidiui. l. sz si res. que sic accipe si fuerit facta missio ꝑ ipsum pretorem. nam sola snia non facit dominium. sed traditõ vt. C. de pac. l. traditionibus. ⁊. s̃. de rerũ diui. §. per traditiõem ⁊. ff. de acqui. pos. l. iuste sed quid

in rei vendicatõe si i ea pronun/
cietur. ⁊ ex causa mihi tradatur.
rñ. idem. cum enim publiciana
mihi detur quando non domi/
no mihi adiudicatur ⁊ traditur.
vt. ff. de publicia. l. iii. i fi. ergo
vbi est dominus. debet ex senten
tia traditio me dominum face/
re. vt. ff. de publicia. l. quecunqꝫ.
Preterea lex videtur expressa.
ff. de procur. l. non solum. alias
pomp̃. §. sed is. ⁊. ff. de ex. rei.
iudi. l. si iter in fi. Nec ob. quod
error sit ibi. ex quo videtur do/
minium non transire. quia hic
error reprobari non potest iudi
cis sententia priuatus. a qua non
fuit appellatum. Nec obstat. ꝙ
sententia lata in actione persona
li reo absoluto ꝙ remanet debi/
tor. vt. ff. de condi. inde. l. iul. qꝛ
illud habet locum in obligatio/
ne que est res incorporalis. hic
autẽ dicimus ꝺ dominio rei cor
poralis. qꝺ facile ⁊ prorsus po/
test seperari ab vno ⁊ aliis dari.
sed non sic in incorporali. vt. ff.
pro so. l. ea vero.

De publicis iudiciis.

Glo. Quia ciuilia iudicia
dicta sunt vsqꝫ huc. ⁊
etiam quedam criminalia s. cir/
ca priuata delicta in princi. huius
quarti libri vsque ad titu. de ac
tionibus ideo nũc ponit ꝺ publicl

p Ublica iudicia Judi/
cia pblicã nõ per actiões
instituunt̃ vt iudicia priuata. sed
per accusatões nec qcq̃ simile ha
bent cum iudiciis priuat̃ ⁊ ẽ ma
gna eorum diuersitas tam in in/
stitutione q̃ in exercicio a priuat̃
⁊ dicunt̃ publica qꝛ eorũ executõ
vt plurimũ cuilibet de pplo da/
tur. h. d.

Gl. Cũ dicit̃. nec qcq̃ simile
hñt. hoc verbum nimis
large positũ sit intellige. qꝛ i ciui
libus agit̃ vt aliqd det̃. sꝫ hic vt
puniat̃ accusat⁹ ⁊ ita ꝯsciderata
petitõe ꝯquerent̃ nihil hñt simi
le inspecto fine. nec in pricipio cũ
vnũ ꝑ actõem. alterꝫ ꝑ accusatõeꝫ
istituit̃. nec in exercitio. cũ in ci
uilibus ꝓbet actor tm̃ vt. C. de
eden. l. q accusare. sꝫ i cri alib⁹ tã
actor q̃ re⁹ qñqꝫ vt C. de aboli.
l. fallaciter. ⁊. C. de fal. l. vbi. In
aliis aũt multa sunt silia. nam in
vtrisqꝫ fit libellus. vt. C. de li.
ꝯte. aũt offerat̃ ⁊. ff. de accu. l. li/
bellorũ. itẽ in vtrisqꝫ de calũnia
iurat̃ vt. C. de iura. cal. l. i. i pri.
⁊. C. ꝺ fi. istru. l. vl. lꝫ qdã dixerit
ꝯ vt ar. ff. de bo. e. l. i. In his
actõib⁹ format̃ libell⁹. vt ꝯtieat
nomẽ accusant̃ ⁊ accãti ⁊ ãnuꝫ ⁊
mẽsẽ quo ꝯmissũ fuit crimẽ. ⁊ lo
cũ vbi fuit ꝯmissuꝫ. ⁊ ꝯsules sub
qb⁹ ẽ ꝯmissũ. itẽ dies dati libelli
dꝫ iseri. sꝫ dies ꝯmissi cris vl' ho
ra non ẽ necesse vt. ff. de accusa.

l.libellorum.i pri.⁊ i aut.ꝺ exhi.re. §.suscepto.⁊ hꝫ hoc locū i publico ⁊ i priuato crie.qñ crialr agit vt.ff.ꝺ priua. del.l.fi. Qñqꝫ tñ hec solēnitas nō ē necessaria. vt i leui crie.vt.ff.ꝺ accu.l.leuia.⁊.C ꝺ accu.l.ea que. Et idē i casib⁹ in quib⁹ qs sine accātore dānari p̄t qui.s.casus his.ll.nōnt.ff. ad.l. iul.de adul.l.i.§. si publico. ⁊. C.ꝺ testi.l.nullū.⁊.C.ꝺ ꝓba.l. pe.⁊.ff.ꝺ susp.tu.l.tutor.§. p̄terea ⁊.C.ꝺ calū.l.i.⁊.ff.ꝺ bo.lib. l.qui cū maior.§.si libertus. Et idē i notorio crie vt diximꝰ p.l. ea que.C.ꝺ accu. Et idē i crie falsi ꝯꝫ bul.vt.C.ꝺ fal.l.vbi.sꝫ Jo. ꝯ ⁊ dicit ꝙ ibi principalr fuit accusatio falsi istituta. Dicunt iudicia publica quasi populica sic s̄.ꝺ suspe.tu.§.ꝯsequēs. Et itellige si alias sit habil ad accusandū nō āt alias vt.ff.ꝺ accu.l.qui accusare. Jō dicit i tex.plerunqꝫ qꝛ qñqꝫ ē publica accātio ⁊ tñ nō ꝯpetit cuilibꝫ ius accusandi. vt i crimine suppositi ꝑtus vbi accusant soli parentes.vt.ff.ad.l.cor. ꝺ fal.l.lex cornelia.§.i. Itē propter accātionē adulterii que prio defert certis ꝑsonis vt.C. ad.l. iul.de adul.l.q̄uis.

Publicorū iudi. Judiciorū publicorū quedā sūt capitalia que vltio supplicio afficiunt veluti aque ⁊ ignis iterdictōe vl deportatōe vl metallo. Alia sunt nō capitalia vt que ifamiā irrogant cū dāno pecuniario nō tñ vltio supplicio afficiūt.h.d.

Glo. Interdictio aq̄ ⁊ ignis e mors ciuilis.vt.ff.ꝺ ꝯ.ta.l.i.in fi.⁊ expone has penas vt.s̄.quib.mo.ius pa.po.sol.§. cū āt.⁊ nō capitalia appellāt relegatōes vt.ff.e.l.ii.§.ii.

Publica aūt. Inter iudicia publica sūt ea que sequūt. Et prio lex iulia maiestatis qui in eos qui ꝯtra imperatorē vel rē publicaꝫ aliqd moliti sunt suas vires extendit. ⁊ in his duobus casibus nō extinguit morte delinquentium.sꝫ ēt eorum memoria dānat.h.d.

Glo. Moliti sunt.s.cū effectu.nam sola volūtas nō sufficit vt.C.ad.l.iul.ma.l.qs quis ⁊.l.se. Dū dicit anime amissionē.i.aiati corpis.nā aia ñ i hoie sed in dei ptāte ꝯsistit. vt C.ꝺ sa.san.ec.l.sancim⁹ i fi.

Dū dicit ꝙ eorum memoria dānat.i.post mortē ēt p̄nt accāri vt eorū bona deferāt i fiscū. ⁊ hoc itelligas i duobus caplis illi⁹.l. s.fi cōtra principē vel ꝯtra rē publicam ē aiatus.i.nixus ad malū aliā finit morte vt cetera cria.ff. ad.l.iul.ma.l.fi.

Item lex iul. de adul. Ex lege iulia de adul. i oibus caplis ē crimē publicū.cuius pena aliter honestiores ⁊ alr hūiles puniunt.h.d. Lex iulia de adul.non solū temeratores aliarū nuptiarum gladio punit sꝫ ⁊

eos qui. in masculis nephādā libi dinē exercere audēt. Et eadem le ge ēt stupri flagiciū punit̄ cuz qs sine vi virginē vel viduā honeste vite stuprauerit. Penā aūt eadē lex irrogat peccatoribus ¡si hone sti sunt publicatōnē ptis dimidie suorū bono.u. si hūiles. corporis cohertōem cū relegatōe.

Glo. Sacrilegos nuptiarū gladio feriri opz. C. de adul. l. quāuis. in fi.

Ex crie ꝯmisso cū masculis ar mant̄ iura vt gladio feriāt̄. vt. ff ad. l. iul'. de adul. l. capite quinto. meli⁹. C. d adul. l. cū vir nubit.

Lex iulia hz multa capl'a vt. ff. de mino. l. auxiliū. §. sz vt. ꝛ. ff. ad. l. iul. de adul. l. capite quinto.

Qd hic dr d lege puniēte vi duam vel virginē stuprantē. itelli ge nisi fiut meretrices vel publi ce cōcubine vt hic subicit honeste ꝛ. ff. de adul. l. stupruz. §. i. ꝛ qd dicit humilē. dic vt. C. de incest. nnp. l. humilem. Qd hic dicit de pena stupri ꝙ ē pena relegatō nis. fallit in tribus casibus i qui bus maior peua imponit̄. Pri mus est si cōmittitur in puerum. vt. s̄. eo. §. item qꝛ tūc gladio pu nitur. Et quando tutor stuprauerit eaz cuius est tutor. vt. C. si tu. pupil. sua. l. i. Item si fuerit stu prata aliqua a proprio suo. vt. C. de mu. que ser. pro. se snb. l. i. Et nō. penam stupri eē quinquēnalē nisi quando per vim ꝯmittit̄ tūc enim sine prefinitione temporis potest institui. vt. ff. ad. l. iul. de adul. l. mariti. §. quinquēniū. ꝛ. § fi.

Itez lex cor. de sicca. Hominem telo idest quo cunqz quod manu emittit̄ occi dens. vel cū telo cā occidēdi per sequens lege cornelia. de siccariis punit̄. qua lege castigabit̄ ēt ve neficus vel arte magica hominez occidens vel malo medicamēto. h. d. Lex cornelia de sica. ho micidas vltore ferro persequitur vel eos qui hoies occidēdi cā cuz telo ambulāt Telū aūt id vul go appellat̄ qd ab arcu mittit̄ sz omne id significat̄ ꝙ manu cuius dā mittit̄. Sequitur ergo vt li gnū ꝛ lapis ꝛ ferrū hoc noie cōti neat̄ dictūqz ab eo qd in longin guum mittit̄. Sicarii aūt appel lātur a sica qd significat ferrū. i. cultrū.

Eadē lege ꝛ venefici capite dā nātur qui artibus odiosis tā ve nenis ꝙ susurris magicis homies occiderint vel mala medicamēta publice vēdiderint.

Glo. Lex cornelia de sica. persequit̄ eos qui ho minē occidūt cū ferro. nec eim ꝑ hāc. l. occiditur occidēs sed dpor tatur. ꝛ oia bona sua publicantur vt. ff. ad. l. cor. de sicca. l. eiusdem. §. legis. ꝛ. l. pe. Vel dic ꝙ perse qui mur homicidas ferro qꝛ eos occidimus hodie. vt. ff. ad. l. cor. d sica. l. i. §. solēt.

Puniūt̄ hi qui aīo occidēdi ābulāt lz nō occidāt. vt.C. ad.l. cor.d̄ fica.l.is qui.⁊ nō capl'a ex ex quib⁹ aliquis hac lege tenet̄. vt.ff.ad.l.cor.d̄ fica.l.i. Sicarii dicebant̄ a fica. vñ videbat̄ ꝙ tm̄ qui cū fica occiderēt hac lege tenerent̄. sz tñ generalius hodie accipit̄ fica ⁊ telū ꝑ iterp̄tatōem vt.s̄. Est āt fica vt subicit cultellus vtrinqz icidēs. quē portāt pegrini qñz i baculo quodā ita ꝙ ñ pz. vñ v̄sus. Est fica mucro latens sicarius ide vocat̄. Pl⁹ ē hoiem occidere veneno q̄ gladio.C.d̄ male.⁊ ma.l.i. Dū dr̄ hic artibus odiosis.i.artificiis odiosis.naz oīs ars c̄ bona.

Susurra dicunt̄ incantatōes nā hec scia reprobata ē. vt.C. de mal.⁊ mathe.l.corū.

Hac lege ēt puniunt̄ qui artibus magicis hoies occiderit ēt sine dolo.vt.ff. de pe.l.si quis aliquid.§.si quis abortōis.secus in cornelia qz dolus ē necessari⁹ nec sufficit ēt lata culpa.ff.ad.l.cor. d̄ fica.l.in lege.

Alia deinde lex. Lex pōpeia de paricidiis qua cauet̄ ꝙ occidēs parētes vel alios de quibus hic singulari pena plectat̄ ē publici iudicii. Et ꝯmittēs delictū in se plus punit̄ q̄ ꝯmittens in alio.h.d.

Lege pōpeia d̄ paricidiis cauet̄. vt si quis parētis. aut filii. aut oīo affinitatis eius que nūcupatōe paricidii ꝯtinet̄, fata p̄parauerit. siue clā siue palam̄ id ausus fuerit. nec nō is cuius dolo malo id factū ē. vel conscius criminis existit licet extraneus sit pena paricidii punietur. ⁊ neqz gladio neqz ignibus neqz vlli alii solēni pene subicietur. sed insutus culeo cum galle gallinacio ⁊ vipera ⁊ simia. ⁊ inter eas ferales angustias comprehensus s̄m ꝙ regionis q̄litas tulerit. vel in vicinum mare vel in annez proiiciatur. vt oīum elementorum vsu viuus carere i cipiat. ⁊ ei celum superstiti. terra mortuo auferatur. Si quis autē alias cognatōe vel affinitate p̄sonas iunctas necauerit. penam legis cor.d̄ sicariis sustinebit.

Glo. Parentes ⁊ filios hic accipe in infinitum. vt ff.d̄ i ius vo.l.quinqz.§.si ⁊.l. sz si hac.§.liberos.

Appellatione affinitatis continentur ⁊ superiores ⁊ inferiores vt diximus. Item collaterales ⁊ fratres consobrini ⁊ patrueles ⁊ proximiores eis. Item affines quidam. vt vxor. nurus. gener. victricus. preuignus ⁊ socer. ⁊ patronus. vt.ff. eodem.l. prima.⁊.l.sed sciendum.⁊.l.cuz pater.

Scōm Placen. punitur hac lege etiam si solum preparauerit etiam si non occiderit. ⁊ facit pro eo.ff.eo.l.i.in fi. vel dic ibi casuz spālem.

Nota hic extraneum magis puniri ex consilio quam si ipse

occidisset vt hic. ⁊.ff.e.l. vtrũ. ⁊ l.sciente. Si flumẽ vel amnus nõ sunt vicini tũt bestiis subicit̃. vt.ff.e.l.pe. Sz an q supiores psonas occidit.hac.l.cor.tenetur vr̃ q̃ sic.vt.ff.e.l.ii. Sz ꝯ.C.e.l. i. dic ergo q̃ hac lege cornelia tenet̃ sz nõ accãtur. vel dic sm Jo. q̃ tenet̃ eadẽ pena.s.capitali. sed maior hic imponit̃.

Item lex cor. de fal. Publici iudicii crimẽ ẽt ẽ lex cornelia de fal. qua tenetur qui testamentũ vel aliud publicũ instr̃m falsuz scripserit signauerit recitauerit subiecerit. quiue signũ adulterinuz fecerit sculpserit expresserit sciẽs dolo malo. Eiusq̃ legis pena i suos vltimũ supplicii ẽqd̃ ⁊ in.l.de sicariis ⁊ veneficis suat̃. In liberis vero deportatio.h.d.

Glo. Falsũ ẽ mutatio veritatis vt in aut̃.de fi.instru.§.i.

Signũ aliqñ dr̃ sigillum q̃ in testamentis apponitur.vt.s̃.d̃ testa.§.postea. Itẽ aliqñ capitur ꝑ signo qd̃ carthis imponit̃.vt qñq̃ facilis fiat ꝯparatio ex instrumentis.vt in auct̃.de fide instr. §.opz. Vltimũ supplicii iter pretat̃ mors.ff.de pe.l. vltimuz.

Pena hꝰ legis ẽ deportatio ⁊ omniũ bonoruz publicatio. Et sic nõ q̃ ex eodẽ ꝯmisso plus sui q̃ liberi puniunt̃ vt hic. ⁊.ff. ad l.cor. de fal.l.i.§.pe.⁊.ff. si ex noxa.cã aga.l.pe.⁊.ff.de pe.l.in seruorum.

Itẽ lex iul.de vi. Vim ꝯmittẽs cũ armis aliter q̃ virginẽ rapiẽdo deportabit̃. Si sine armis tertie partis bonorum publicatõe dãnabitur. Sz ꝑ vim virginẽ vel monialẽ rapiẽs vel p̃stans opẽ capite punit̃.h.d.

Glo. Nota ex maioritate d̃licti maiorem penam iponi. vt hic.⁊.C.ad.l.iul. de vi l.i.⁊ fa.s̃.de interdic.§.qui aũt. Item hic dãnatus fit infamis. vt ff.ad.l.iul.de vi.pri.l.i.primo responso.

Constitutio de qua hic est.C de rap.vir.l.i.

Lex iulia peculatus. Publicam sacram vel religiosam rem furto subtrahẽs. ⁊ talibus opem prestans lege iulia peculatus punit̃ que furantez pecuniam publicam tempore sue administrationis capite punit. alit̃ autem ex ea delictum ꝯmittẽs deportabit̃.h.d.

Gl. Quod hic dicit de pecunia publica intelligitur.s. ciuitatis Romane.non alterius. vt.ff.de fur.l.ob pecuniam. ⁊.ff. ad.l.iul.pe.l.iiii.§.pe. Et quod dicit sacram vt thuribulum ⁊ calices que sunt res sacre. vt.s̃. de re.di.§.nullus. Et religiosam intellige ornamenta sepulchrorum.

Dum hic dicitur.furati fuerint.vel etiam se imiscuerunt.ita

q̄ dānificauerūt rē publicā. vt. ff. ad. l. iul. pecu. l. i. vel p̄stiterit ministeriuz. i. adiutoriū. vel sciētes susceperint. s. ad custodiendū. Itē nō q̄ quinquēnio durat hec actio. vt. ff. ad. l. iul. pecu. l. peculatus. Itē ē ēt spālis i eo q̄ ēt cōtra hr̄des ichoet̄. vt. ff. ad. l. iul. pecu. l. fi.

Est ⁊ inter. Lex iul. de plagiariis que qñq̄z penā capitis. qñq̄z leuiorē irrogat. Itē lex iulia repetundaꝝ de āuona. ⁊ de residuis que i diuersis capitulis loquunt̄ ⁊ diuersas penas q̄ mortis inferunt. ⁊ ex eorum delictis. publica cria iudicant̄. h. d.

Gl. Dr̄ iō hec lex de plagiariis. q̄z orbato p̄re filio vl' dño suo hec lex punit orbantem. hz. n. locū qñ quis distrahit alienū suū vel filiū. ita q̄ dñs vel pr̄ nō possit rehabere. vt. ff. ad. l. fa. de plagi. ⁊ l. lege. ⁊ l. cū. ⁊ l. pe. §. fi. Itē tenet̄ qui liberū hominē d̄ loco i locū trāsportat. vt. ff. ad. l. fa. d̄ pla. l. qm̄. Et hoc si dolo facit non aliter. vt. ff. ad. l. fa. l. lege fauia. Itē hac lege tenet̄ si qs suuz i fuga ꝯstitutū vēdat ita vt emptio statim teneat. vt. C. ad l. fa. de plag. l. in fuga. Hec lex al'n maiorē aliqñ minorē capitalē penā irrogat. cum capital' alias sit minor alias maior. naz i genuus nobilis i metallū. ignobilis gladio ferit̄. Seruus vt libertus bestiis subicit̄. C. ad. l. fa. de pla. l. fi. in fi. Itē quedam ciuilis pena olim imponebat̄ que cessat hodie. vt. ff. e. l. fi.

Lex iulia de ambitu hz locuz i quatuor casib⁹. p̄rio siquis clam dederit pecuniā vt aliquē sortiat̄ honorē nō i ciuitate romana. nā ibi cessat hec lex. cū ibi princeps eligat. vt. ff. ad. l iul. d̄ ābi. l. i. in pri. Iō dixi clā q̄z palā pōt. vt. ff. de pollici. l. i. §. i. ⁊ ff. de of. p̄fe. p̄to. l. barbarius. Scd̄o locū hz q̄z stat in magistratu vltra annuz vt. C. ad. l. iul. d̄ ambi. l. i. Tertio si qs igredit̄ domū iudicis cognoscētis de cā criali. vt. ff. ad. l. iul. de ambi. l. i. Itē ⁊ quarto siquis iudex nouuz vectigal instituerit. ⁊ ē pena centū aureorū. vt ff. ad. l. iul. de ambi. l. i. Sz i cāu deportat̄ qñ. s. bis idē officiū est assecutus. vt. C. ad. l. iul. repe. l. i. Sz fallit in assessore. vt. C. d̄ assess. l. lz. Itē i p̄cōsule. vt. ff. de of. p̄cō. l. antepe. vel dic ibi sex fascibus. i. sex mensibus. q̄z tm̄ durabat eius officium.

Lex iulia repetundaꝝ hz locū qñ quis pp pecuniā facit aliquid vel omittit. vt. ff. ad. l. iul. rep. l. i cū. l. se. Esculētū tm̄ pōt accipere iure veteri. dū tm̄ nō nimis magnū. vt. ff. de of. p̄cō. l. solent. in fi. sz d̄ iure nouo nō. nisi qñ deficeret salariū. vt in auct. scrip. exē. ⁊c. Pena aūt huius legis ē ciuilis in quadruplū. vt. C. ad. l. iul. repe. l. i. Criminalis extra ordinem. vt. C. ad. l. iul. l. lex iulia. §.

hodie. Lex iulia de ānona lo cum hz quotiēs quis facit. vt an/ nona carior fit. Et est pena in ea statuta. xx. aureorū. vt. l. u. ff. ad l. iul. de anno.

Lex iulia de residuis locū hz qñ aliquid sumpserunt ex aliqua administratōe publica. ⁊ ipse in vsum suum conuertit cui erat illa administratio cōmissa. vt. ff. ad. l. iul. pecu. l. u. ⁊. l. iii. §. lege.

Pena autem huius legis ē i ter tia pte quā accepit amplꝰ quod Pla. sic dixit vt cēt in quadru/ plum. vel dic amplius tertia pte qz punit in simplū. ⁊ amplꝰ ter tia parte simpli. vt. ff. ad. l. iul. pe cu. l. iii. §. sz ⁊ qui pecuniam i fi. maxie qz pene restrigende sunt. ff. de pe. l. iterpretatōe.

Sūmus digitus dī digitꝰ lon gior cum quo quis pōt tangere altius q̄ cū alius qui dī medius.

Bū dī hic per indicem. i. per alium digitum qui dicit index. vel dic melius q hec dicta sūt vt sint index vel demonstratio alio/ rum dicendorum. Sicut ⁊ sub gallina ouum dimittitur. vt sit index ad hoc vt ibi alia faciat ova. Et idem in his que accipiunt a columbis.

Laus deo.

Capitulū vltimū i dei ⁊ suoz principum laudem.

Ancmore vul n piani opti mi Iurisconsulti: i lege pria. ff. de censib⁹: vbi sue originis patriā sū. mopes laudibus cōmendauit: Et ego hui⁹ operis adepto fine: dei ⁊ meoz principū laudē: vti his debitor sū: non pretermittendam fore duxi. Deo igit cooperante: precibus alme sue genitricis: diui Secun/ diani martyris: omniumq̄ san/ctorum: breuissimo tempore colle ctus fuit libellus iste: per me Go thardum alamanum: in ciuitate Papie. Anno salutis nostre. M.D.cccc.lxxxvi. mense fertilis/ simo septembris: quo ligurie no stre memorandum salutare dei re splenduit. Vidimus enim duo lu miaria magna: primarios cui no stri principes: mirabili fide ⁊ hu/ manitate iunctos. Quoruz alter nedum vniuersalis: sed mihi ori/ginarius: amenissime brabancie dns: potentissimus auster: diuus ille Maximilianus Romano/ rum Rex. Qui humana carne diuinum q̄dam numen preferre videt. quo sese cognoscentes cun ctos mirabiliter trahit. Nedum enim virtus illum imperii culmē principum electione aduexit. ve/ rum latissimas Burgūdie du/ cis prouincias: armipotentes he roes: idomitos populos: etiā nō

viso ꝛ longo terrarum interual/
lo distantes: non armis sed vltro
ab eis vt omniū dignissimo prin
cipi electo attraxit. Longe certe
p̄clarius q̄ africano: qui celtibe
ros pulchra virtute: mixtis vero
armis subegit. Alter quoq; di/
uus ille Maurus: Ludouicus
Maria Sforcia dux Medio/
lani: ꝛ mihi dominus voluntari
us. Quem nostre vniuersitatis
optimum auctorem. ꝛ litterarum
omniumq; virtutum amatorem.
vti mexhauste sapientie fontem.
sua pietate deus conseruare velit
Ex illo enim nedum fitiens po/
tatur Italia: verum eius inclyti
principis vite icolumitate: totius
orthodoxe fidei: magna ex parte
tranquillitas pendet vniuersa.
Insuper dei bonitate spe firma
teneo. vt sedato turbine: quo yta
lia hoc tempore premitur: popu/
lum a domino sibi traditum tali
humanitate fouebit: vt inter om
nes quos vnq̄ habuerint princi/
pes eis gratissimus erit. Sit be/
nedictus per omnia deus: qui ce
cis visum ꝛ ignorantibus prebet
intellectum. Suscitans a terra i/
opem: vt collocet eum cum prin/
cipibus populi sui.

Impressus Papie per Leo
nardum gerulam non minus vti
le q̄ sumopere correctum. Anno
salutis dñi. M.cccc.xcvii. die
xix. Januarii.

a	i	r	ꝯ	G
Colectũ	pat̃ le	C.qui tes.	solui	Gl.quedã
Sũmus	tantũdez	vulgo q̃	Sz quõ	lumenta
Deo co	iul' deor.	go ꝯcep.	Add.nõ	dicit lex
lapse ⁊ p	tuum a	inte.§.	vineto	ꝯcilio
b	k	s	ꝛ	H
celestisqꝫ	Gl.ipa.	potes	est etiam	qd̃ op⁹
Si quis	aut est	assignati	ff.eo.	sunt.xxiiii.
tẽdo ter	nõ ꝙ	p̃teritis	ex dolo	interesse
dis.§.i.	quinimo	qꝛ durat	q̃ is ius	quere p d.
c	l	t	A	I
illicito	minimã	cũ acce	l.si filius	se dotẽ
tris sui	reprobat̃	sa.vt.ff.	filius	de.i.
Glo.q̃	qꝛ manu	ex depo.	sũt sex	ipso iure
põt qs	tuit̃.Gl.	est ꝙ p	Gl.Itẽ	vi vera
d	m	v	B	K
que sibi	institutõe	pecunia	ordinario	a b c d
Seruus	stitutio	nisi pa.	rabiliter	mittunt
Nomen	puta di.	bonafi.	est ſuitus	ciat̃ ex
In isulã	Iõ insti.	dictuz ẽ	ff.si vsus.	ritus pdit.
e	n	x	C	L
Sed si	stamento	tate quã	pionem	ff. de pecu.
nã iteriz	põt adiri	credẽdas	Add.	dare suum
toribus	§.uihil	gi ⁊ cõ.	nores pe.	nec eim.§.
l.lucius	de le.i.	vsura ñ	snia iudi	Glo.qꝛ
f	o	y	D	M
Glo.	actio i.l.i.	In pri.	Pign⁹	Sequit̃
puniẽd⁹	accessorie	Olim	Oẽs res	liter vt
lictus qꝛ	Nota hic	In hac	suz hẽtis	ibi de p
meretur	pluribus	hoc puil'	nitati sue	lib. ⁊ eodẽ
g	p	z	E	N
cõmune	dere filio	quando	tẽporale	sunt
Itẽ actõ	libz lega	telligit̃	obse.lib.	us a me
arborem	secus vt	ibi nõ.	Dz pr̃	neribus
hic qñ	ꝯmissariũ	duobus	actionis	cere vel
h	q	⁊	F	O
Glo.nõ	Incipit	vnd̃ qui	qꝛ appet	eos qui
substãtia	ptias sed	tex.pp	bus ex	occidisset
trãseunt	ꝙ poterit	de fo.ꝯ.	b c d e f	
ad vsum	pinquior	vt.C.e.	rã realr	

315

Collecti huius ꝯtinẽtie sũmula.

Quicquid peritum institutarium scire vel mẽti applicare decet: breuiter ⁊ clare in hoc diuino libello collectum ẽ. Nam hic habentur textus ⁊ glose institutionum reducti in sũmaria ⁊ ꝯclusiones: vt sint facilius intelligibiles ⁊ menti applicabiles. Et habentur additiones ex doctorib⁹ collecte: que primo ponunt declarationes ⁊ limitationes in locis opportunis: ⁊ ponũt quãdo glose sunt reprobate vel dubie: ⁊ ponunt singularia doctorum dicta breuia ⁊ menti tenenda. Et preter hec omnia: in titulo de actionibus. ponũtur etiam glosaꝝ diuisiones: ⁊ in fine cuiusqꝫ. §. ponit̃ sũmula: in qua colligunt̃ actiones de quibus in illo. §. tractatum est. Et primo ponitur cuiusqꝫ actionis descriptio: deinde cuiusqꝫ actionis cellula: cum litteris ⁊ signis: capta ex arbore Johãnis: deinde cuiusqꝫ actionis libellus. Ita vt ex his actionum substantia: ⁊ in suo titulo interdictorum sũmula clare videri possit.

Laus deo qui nostro tempori talem scientie facilitatem tribuit.